LIBRARY OF

Dr. Z. P. Metcalf

1885–1956

GENERA INSECTORUM

LINNÆI ET FABRICII

ICONIBUS ILLUSTRATA

A

JOANNE JACOBO RŒMER.

VITODURI HELVETORUM

Proſtat

Apud HENRIC. STEINER et Socios.

MDCCLXXXIX.

VIRO

DOCTO, PROBO, PIO, HONESTO,

JOANNI HENRICO RAHN,

M. D. PHYS. ET MATHES. IN GYMNAS. TURIC. PROF. P.

TEMPLI CAROLINI CANON. &c.

PRÆCEPTORI SUO ATQUE AMICO

PIE COLENDO

OPELLAM HANCCE

SEQUE TOTUM

D. D. D.

JOANNES JACOBUS RŒMER,

M. D. APUD TURICO-HELVETOS.

PRÆFATIO.

Eximium SULZERI opus ſcientiæ entomologicæ conſpectum, & Inſectorum hiſtoriæ compendium exhibens, hos ante tredecim annos divulgatum, non ſolum per Germaniam omnem, ſed ab exteris quoque, quibus teutonica lingua conſcriptum opus innotuit, una laude fuit acceptum: nec fane miraberis applauſum illum a doctis pariter ac indoctis profectum, ſi & conſilii ambitum & limpidorum fontium illo tempore penuriam conſideraveris, etſi & plura & quædam etiam graviora reprehendenda in illo agnoveris.

Inde vero ab iſto tempore mirum quantum aucta ac ditata fuit ſcientia entomologica; elapſi decennii ultima, hujus priora, luſtra, præſtantiſſimas quas vocant Monographias, obſervationes diligentiſſimas, ſyſtemata ingenioſiſſima, collectiones ſplendidiſſimas tulere. Omnis hiſtoriæ naturalis amor in Entomologiam unam quaſi converſa videbatur; inſectorum & uberrimas & pretioſiſſimas -- utinam & optime digeſtas -- collectiones poſſidere; illud idem fere omnium ſtudium; huc certatim docti indoctique convenere. Acceſſit Operum Opuſculorumque, partim bonorum, mediocrium partim, partim futilium immenſus numerus, indies ex eruditorum diariis, promptuariis, actis litterariis Societatum augendus, ita ut vel ea ſaltem quæ Germania tulit colligere ac digerere herculeus labor videri poſſet. Non vero Germanos tantum Helvetosque fervor iſte entomologicus occupavit: egregii enim, quosque inter primarios jure numeraveris, Entomologi, per Britanniam, Daniam, Sueciam Galliamque & in Belgio exſtitere; artifices porro germani, britanni, batavique qui eximia arte iconibus Inſectorum, eam & fidem & elegantiam conciliarunt, ut ſi Conchyliologicum REGENFUSSII, botanicum EHRETII opus excipias, cœtera cuncta in Hiſtoria naturali acta, longo poſt ſe intervallo relinquant.

Quæ omnia ultro proſequi vetant præfationis anguſti limites: cuivis autem in ſcientiæ noſtræ Hiſtoria litteraria vel mediocriter verſato aſſertorum veritas facile, ut opinor, patebit. Quis ignoret nomina, merita, collectiones Virorum celeberrimorum J. C. & O. Fr. *Fabricii*, O. Fr. *Müllerі*, *Modeeri*, *Thunbergii*, *Sparmanni*, *Bankſii*, *Druryi*, *Smeathmanni*, *Barbutii*, *Seppii*, *Crameri*, *Stollii*, *Scopoli*, *Füeſslini*, *Götzii*, *Forſterorum*, *Pallaſii*; *Panzeri*, *Schiffermülleri*, *Bergſträſſeri*, *Eſperi*, *Laichartingii*, *Schrankii*, *Gerningii*, aliorumque multorum! Horum omnium ſtudio ac labore inſigniter crevit Inſectorum cognitio; multa emendata, mutata multa inde in iſta ſcientia. Quare non eum nunc eſſe Sulzeriano operi perfectionis gradum, qui ante tredecim annos fuit, nemini dubium erit.

Cum porro Sulzeri opus ad ductum syſtematis LINNÆANI, illo tempore ſi non ab omnibus, a plurimis certe adoptati *, cuique illuſtrando potiſſimum operam impendit noſter, elaboratum fuit, novum inde nuperioribus annis acceſſit incommodum, cum FABRICII Viri illuſtr. Syſtema hodie plurimis magis arrideret.

Ab iſto enim ſyſtemate novam ſcientiæ entomologicæ periodum conſtituere facile licebit. Magnus ille vir, præceptoris ſummi, LINNÆI, ingenio & arte bene innutritus, cujus etiam ſub oculis ſyſtematis ſui partem, multum annuente illo, elaboraſſe ferunt,-- felici fruens occaſione luſtrandi collectiones ditiſſimas Brittaniæ imprimis-- naturæ artisque dotibus quas vel optare poterat omnibus ditatus, ſyſtema conſtruxit cœteris omnibus & accuratius multo & plenius, in quo ſane, nec philoſophiam nec ingenii acumen LINNÆI, ſolam forſan perſpicuitatem deſiderares. Difficultas autem iſta magis a nobis quam a Syſtematis ratione pendere videtur. Juvenibus jam Syſtemate Linnæano imbutis, accuratior partium oris cognitio minus neceſſaria videbatur, ideoque quoad magnam partem negligebatur. Hinc difficultas! Hinc factum eſt, ut vel optimus quisque Entomologus, poſt apparitionem Syſtematis Fabriciani, accuratiorem ſibi harum partium cognitionem comparare cogebatur, id quod, profectiore ætate multo minore fit cum alacritate & facilitate, quam in juvenili. Præterea Syſtematis Fabriciani ratio primo intuitu difficilior videtur, quam revera eſt. Saltem ſi paulo ſerius rem aggredimur, varia artificia edocemur, quibus cognitio oris partium vel & in minutiſſimis quibusvis inſectis multum ſublevatur, & ita magna pars difficultatis tollitur.

Noſtrum ſane hoc loco non eſt, quæ Syſtemati Fabriciano propria ſint prolixius explicare, ejusve vel fundamenta vel ipſam conſtructionem dijudicare, cum peritorum omnium de illo unum ſit judicium, ejusque præſtantia multum certe illo confirmetur, quod etſi initio difficilius atque abſtruſius videatur, tamen indies a pluribus adoptetur.

Quo igitur facilior reddatur Syſtematis hujus cognitio, quo periti antiquius LINNÆI Syſtema, recentiusque Fabricii melius inter ſe comparare poſſint: quo tandem tyrones ac indocti opere adjuventur, cujus auxilio Characteres generum Inſectorum a magnis iſtis Naturæ ſcrutatoribus conſtitutos ſenſubus quaſi percipere valeant, noſtrum hunc ſuſcepimus laborem.

* Quorum e numero et ego eram, et etiamnum honori mihi duco publice et palam profiteri, me LINNÆI ingenium et ſagacitatem, qua non ſolum Inſecta, ſed omnia illi nota corpora naturalia diſpoſuit, admirari, et quidem indies magis admirari, quotics ego majorem corporum naturalium cognitionem adipiſcor. Et ſi in poſterum in diſponendis corporibus naturalibus aliquid boni agetur, id nonniſi ſequendo leges ſuas peragi poterit... Adſunt quidem et inter nos, qui vana gloria ducti, famæ ejus detrectare ſtudent, quorum e numero in botanicis MEDICUS vir alias peritiſſimus, ſed contra Linnæum quammaxime iniquus et nimis arrogans, eminet, quique ſuam contra divi LINNÆI manes invidiam non germanis ſolum, ſed exteris etiam gentibus impertire ſtudet. At certe nihil juvabunt clamores ejus. Neque ideirco germanorum gens apud exteros deſpicietur, cum pro uno detrectatore Linnæi, ſexcenties alii exitent, qui meritis ejus juſtum honorem tribuunt, honoremque ſuum non in deſtruendis aliorum cogitatis, ſed in excolendis et emendandis illis, vel in exhibendis melioribus, ponunt.

Finem vero propositum rectissima via nos adsecuturos putavimus, si potius LINNÆI & Fabricii quam nostris uteremur verbis; isque sane maximus in elaborando opere labor fuit conquirere undique omnium generum, noviſſimorum etiam quæ continet FABRICII Mantiſſa, ſive ipſa, ut dicunt, Originalia, ſive fidas delineationes.

In eo labore egregie me ſummorum Virorum benevolentia adjutum fuiſſe, lætus profiteor; inprimis vero ex ditiſſimis ſummi BANKSII theſauris delineationes eximias accepi, unde operi meo haud leve ornamentum acceſſit; PANZERO etiam, Naturæ ſcrutatori apud Norimbergenſes inclytiſſimo, gratias ſolvo debitas de communicatis præſtantiſſime delineatis generum quorundam ſpeciminibus. Sic in publicum prodit opus, plus viginti plane novis non ſpeciebus, ſed generibus, egregie depictis ornatum. Genera FABRICII quatuor adhuc nobis deſunt, e quibus Rhinomacerem proxime accepturum me ſpero, duorum aliorum ab Ill. Forskohl ex itinere orientali reportatorum in Daniæ collectione quadam, unica forſan quæ Europa poſſidet exemplaria latent. Singulari benevolentia FABRICII Viri illuſtriſſ. adjutus Entomologis icones Characterum claſſium magni viri, rem diù ſane avidiſſime ab ipſis deſideratam, offero. Characteres iſti ſub ipſis FABRICII oculis in proprios uſus, a minusquidem perito artifice, tabulis æneis parvis inſculpti erant, quarum ectypa Vir Cl. benevole nobiscum communicavit, publicique juris eas facere permiſit. Junctim illas unicæ tabulæ accuratiſſime inſculpi curavimus, & quamvis quædam in illis clariora eſſe poſſent, nihilominus magni videntur momenti, peritisque acceptiſſimas fore confido.

Quod utilitatem operis noſtri attinet, ea ut opinor, haud ita anguſtis, ut primo intuitu exiſtimari poſſet, limitibus incluſa erit. Equidem arbitror, juvenem, cui nec ingenium nec ſenſus hebetes natura dedit, cuique non deeſt ſcientiæ amor diſcendique cupiditas, LINNÆI, FABRICIIque Syſtematibus, hujusque Philoſophia entomologica inſtructum, adjutumque hoc noſtro opere, brevi tempore, facilique labore, probam & quam dicunt ſyſtematicam inſectorum cognitionem poſſe adipiſci; illud enim, quod non omnes quos philoſophia entomologica habet artis termini iconibus noſtris repræſententur, nec ſpecierum differentiæ omnes notentur, haud ſane offendet peritum quemquam, qui intuitiva potiſſimarum partium cognitione inſtructus, leviori-bus, ad illas facile referendis, ſuperſedere poterit: & cum ipſa Philoſophia entomologica nil niſi ab accuratis obſervationibus naturæ ſit abſtractum aliquod, illuſtrabitur ea quoque optime ex ipſa naturæ obſervatione.

Fateor equidem, magis quodammodo neceſſarium utilioremque me ſuſcepturum fuiſſe laborem, ſi inſtrumenta cibaria FABRICII generum delineanda curaſſem: at impedimento fuit tabularum jam dudum confectarum conſtructio in iisque ſervatus ordo, quem mutare non licuit: inde etiam confuſio quædam nata, quod nempe genera quædam unius claſſis in tabulis noſtris longo disjungantur intervallo. Cum enim completam, quousque liceret omnium LINNÆI, FABRICIIque generum ſeriem dare conſtitu-

tum nobis esset, a *Sulzero* autem Fabriciana omnia, quædam etiam tum genera tum subdivisiones LINNÆI omissa essent, ista ut Supplementa operi jungere, novisque tabulis, servato quantum licebat ordine systematico, insculpi necesse fuit.

Novæ istæ tabulæ simul testimonio erunt artis indies majorem perfectionis gradum adipiscentis artificis præstantissimi *Schellenbergii* qui ipse summo & prorsus singulari in Entomologiam amore ducitur; per ætatem ipse cum liberis & omni familia lectissimisque amicis Insecta colligit, & quidquid ad manus venit diligenter delineat, ita ut quotidiana hac exercitatione oculus manusque ejus mirandam & facilitatem & in delineando fidem attigerint. Uberrima ejus & numerosissima iconum collectio selectissima quævis & pulcherrima continet, tum quoad fidem, tum quoad colores cum primariis omnium gentium laboribus comparanda. Inprimis habitus ille naturalis Insectorum a Schellenbergio pictorum, cuncta quæ hucusque videre licuit longe superat. Lepidopterorum larvas fere omnes antea a solis Vindobonensibus enumeratas ipse collegit ac depinxit simul cum aliis pluribus hucusque prorsus ignotis.

Hujus optimi viri opera adjutus, quondam, gratum forsan Entomologis opus paraturum me spero; omnium nempe generum FABRICII instrumentorum cibariorum cœterorumque characterum icones, quibus ad systematicam Insectorum cognitionem Introductio accedet. Ad operis hujus perfectionem plurima sane requiruntur; non deerit vero tum artificis, tum mea etiam diligentia. Jactis quamvis jamjam ejus fundamentis, divulgationis tempus ob consilii ambitum ac naturam nullo modo definire valeo.

At Præfationi finem imponere non possum, quin sanctam recolam memoriam amici optimi integerrimi b. FÜESSLINI, Manibusque viri summi gratias agendo pietatis officium solvam. FÜESSLINUM nostrum cultorem, fautorem, adjutorem præstantissimum summumque historiæ naturalis, inprimis vero Entomologiæ, non per patriam solum, sed Germaniam omnem, editis præclaris scriptis, fuisse, sciatis velim Brittanni Gallique & quicunque alius hæcce lecturus erit. Magnam vitæ suæ, magnam rei familiaris, non lautæ, & ob summam liberalitatem etiam angustæ, partem juventutis vires, valetudinem Historiæ naturalis studio consumsit. Præmia jam digna laturus!

Ipsius hujus operis editio prior magna ex parte ipsi debetur, cœtera priora recentioraque opera & opuscula ejus satis superque in Entomologia peritiam summam intimamque testantur, &, ni familiæ cura, ni valetudo infirma obstetissent majora etiam gravioraque sane exhibuisset. Nec inter ultima beati viri merita, referenda erit singularis cura qua patriæ juvenibus historiæ naturalis amorem instillavit, auxit, confirmavit, quorum e numero & me fuisse lætus profiteor.

Sit illi terra levis!

SYSTEMA LINNÆI.

ORDINES inſectorum ab alis deſumit *Linnæus*.

- Alæ 4.
  - Superiores
    - Cruſtaceæ ſutura recta. Eleuterata *Fabric.* — *Coleoptera.* 1.
    - ſemicruſtaceæ incumbentes. Ulonata, Ryngota *Fabric.* — *Hemiptera.* 2.
  - Omnes
    - imbricatæ ſquamis. Gloſſata *Fabric.* — *Lepidoptera.* 3.
    - membranaceæ
      - ano inermi — *Neuroptera.* 4.
      - ano aculeato — *Hymenoptera.* 5.
- Alæ 2. Halteres loco poſticarum — *Diptera.* 6.
- Alæ o. ſ. abſque alis & elytris. — *Aptera.* 7.

COLEOPTERA.

Vagipennia. *Schluga.* Coleoptera-macroptera. *Schæffer.* Inſectes à etuis.

Alæ ſuperiores 2 cruſtaceæ ſeu *Elytra*; in futuram rectam conniventes, tegentes Alas 2 membranaceas. *Ore* maxilloſo.

I. ELYTRIS integris, tergum omne tegentibus.

a. *Antennis* clavatis, verſus apicem incraſſatis.

1. SCARABÆUS. *Antennæ* clavatæ, capitulo fiſſili.

Tibiæ anticæ ſæpius dentatæ. *Tarſus* 5 articulis.

* *Thorace cornuto.*

Dichotomus LINN. Mant. I. 529?

Scutellatus, thorace cornu bidentato, capitis cornu dichotomo, elytris rufis.

Tab. I. f. 1. Habitat in Indiis.

** *Thorace inermi, capite cornuto.*

Mimas. LINN. S. N. n. 17.

Exſcutellatus, thorace inermi retuſo angulato, capite obſolete bicorni, elytris inauratis ſtriatis.

Tab. I. f. 4. Habitat in America meridionali.

Sacer. LINN. S. N. n. 18.

Exſcutellatus, clypeo ſexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis poſticis ciliatis, vertice ſubbidentato.

Tab. 1. f. 3. Habitat in Aegypto, Mauritania, Italia, Hiſpania.

Annon potius *laticollis* LINN. et FABRIC. *Copris* 2 GEOFFROÆ?

Taurus, LINN. S. N. n. 26.

Exſcutellatus, thorace inermi, occipite cornibus binis reclinatis.

Tab. 1. fig. 5. Habitat in Helvetia etc.

*** *Mutici. Capite et thorace inermi.*

Pilularius LINN. S. N. n. 40.

Exſcutellatus muticus niger opacus lævis, ſubtus æneus, thorace poſtico rotundato.

Tab. I. f. 7. Habitat in Italia, Hiſpania.

Vernalis. LINN. S. N. n. 43.

Scutellatus muticus, elytris glabris lævisſimis, capitis clypeo rhombeo: vertice prominulo.

Tab. 1. f. 6. Habitat in Europa.

Pellucidulus. Scar. *berolinenſis* VOET. t. XXI. f. 150.

Scutellatus muticus, elytris ſtriatis, fuſcis, fuco albo adſperſis.

Tab. I. f. 9. Habitat in Helvetia.

2. LUCANUS. *Antennæ* clavatæ: clava compreſſa latere latiore pectinato-fiſſili. *Maxillæ* porrectæ, exſertæ, dentatæ. *Tibiæ* anticæ dentatæ. *Tarſus* 5 articulis.

Capreolus. LINN. S. N. n. 2.?

Scutellatus; maxillis exſertis apice tantum furcatis.

Tab. II. fig. 1. Habitat in America ſeptentrionali.

Interruptus LINN. S. N. n. 4.

Exſcutellatus, antennis arcuatis, corpore oblongo depreſſo, vertice ſpina recumbente, thorace abdomineque remotis.

Tab. II. f. 2. Habitat in America. Carolina.

3. DERMESTES. *Antennæ* clavatæ, capitulo perfoliato, tribus extremis articulis craſſioribus. *Thorax* convexus, vix marginatus. *Caput* ſub thorace inflexum et conditum. *Elytra* immarginata. *Tibiæ* anticæ dentatæ. *Tarſus* 5 articulis.

20 *guttatus* FABRIC. Tab. II. f. 3. V. SYST. FABRIC.

Capucinus. LINN. S. N. n. 7.

Niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuſo.

Tab. II. f. 5. Habitat in Europa.

4. HISTER. *Antennæ* capitatæ capitulo ſolidiuſculo; infimo articulo compreſſo decurvato. *Caput* intra corpus retractile. *Os* forcipatum. *Elytra* corpore breviora. *Tibiæ* anticæ dentatæ. *Tarſus* 5 articulis.

Planus. NOBIS.

Totus niger, oblongus, elytris nitidiſſimis, capite prominulo.

Tab. II. fig. 9. Habitat in Rhætia. D. *Amſtein.*

5. CISTELA *Schæfferi*, *Geoffroæ*, *Forſteri.* Minime cum Ciſtela Fabricii confundendum genus.

Antennæ extrorſum craſſiores, perfoliatæ. *Thorax* conicus, vix marginatus. *Caput* intra thoracem retractile, alias inflexum. *Corpus* globoſo-cylindricum. *Pedes* compreſſi, in tactis vel mortuis adpreſſi, intra foveolam abdominis recipiendi. *Tarſi* 5 articulorum recipiendi intra ſulcum tibiæ.

Ornata NOBIS. An C. *puſtulata* FORST. Cent. I. Varietas?

Tab. II. f. 8. Habitat in Rhætia.

i. eadem ab inferiore parte viſa, cum antenna, lente aucta.

6. BYRRHUS. *Antennæ* clavatæ, ſubſolidæ, ſubcompreſſæ. *Tibiæ* anticæ dentatæ. *Tarſus* 5 articulis.

Scrophulariæ. LINN. S. N. n. 1.

Niger, elytris albo maculatis futura ſanguinea.

Tab. II. f. 11. Habitat ubique in Scrophulariis.

h. idem lente auctus.

7. GYRINUS. *Antennæ* clavatæ, rigidæ, compreſſæ, capite breviores. *Oculi* IV. laterales 2, et inferi 2. *Pedes* natatorii. *Tarſus* 5 articulis.

Natator. LINN. S. N. n. 1.

Subſtriatus.

Tab. II. f. 10. Habitat in Europæ lacubus etc.

8. SILPHA. *Antennæ* extrorſum craſſiores (clavatæ.) *Elytra* marginata. *Caput* prominens. *Thoraxæ* planiuſculus, dilatato-marginatus. *Tibiæ* antice dentatæ. *Tarſus* 5 articulis (in quibusdam ſpeciebus poſtici Tarſi 4 articulis.)

Veſpillo LINN. S. N. n. 2.

Oblonga atra, clypeo orbiculato inæquali, elytris faſcia duplici ferruginea.

Tab. XXXIV. f. 12. Habitat ubique in cadaveribus.

Littoralis. LINN. S. N. n. 11.?

Atra, elytris lævibus: lineis elevatis tribus, clypeo orbiculato nitido.

Tab. II. f. 14. Habitat in Europa, ſub Fucis putridis.

SULZERO ET CL. BERGSTRÆSSER *clavipes* audit. At una eademque ſpecies eſt cum *Littorali*. Secundum HERBST. archiv. 4.

9. CURCULIO. *Antennæ* ſubclavatæ, roſtro corneo inſidentes. *Roſtrum* corneum prominens. *Tarſus* 4 articulis.

* *Longiroſtres, femoribus ſimplicibus.*

Hemipterus. LINN. S. N. n. 3.

Longiroſtris obſcure purpuraſcens, elytris abbreviatis maculatis

Tab. IV. f. 5. Habitat in India.

Paraplecticus LINN. S. N. n. 34.

Longiroſtris cylindricus ſubcinereus, elytris mucronatis.

Tab. IV. f. 7. Habitat in Phellandrio.

Bacchus. LINN. S. N. n. 38.

Longiroſtris aureus, roſtro plantisque nigris.

Tab. IV. f. 4. Habitat in Vite.

Betulæ. LINN. S. N. n. 39.

Longiroſtris, thorace antrorſum ſæpe ſpinoſo, corpore viridi aurato, ſubtus concolore

Tab. IV. f. 3.

** *Longiroſtres, ſaltatorii, femoribus poſticis craſſis.*

Salicis. LINN. S. N. n. 43.

Longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, elytris atris: faſciis duabus albis.

Tab. XXXIV. f. 20. Habitat in ſalicis floribus.

g. idem, lente auctus.

*** *Longiroſtres, femoribus dentatis.*

Anchorago. LINN. S. N. n. 56.

Longiroſtris, femoribus dentatis, elytris flavo ſtriatis, thorace elongato.

Tab. IV. f. 6. Habitat in Indiis.

Germanus LINN. S. N. n. 58.

Longiroſtris, femoribus ſubdentatis, corpore ovato nigro punctis teſtaceis adſperſo.

Tab. IV. f. 8. Habitat in Germania.

**** *Breviroſtres, femoribus dentatis.*

Argentatus. LINN. S. N. n. 73.

Breviroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo.

Tab. IV. f. 9. Habitat in Europæ Urtica, Betula, Corylo.

d. Elytræ pars lente aucta.

***** *Breviroſtres, femoribus muticis.*

Emeritus. LINN. S. N. n. 87.

Breviroſtris niger, thorace elytriſque ſpinoſis, fronte excavata.

Tab. IV. f. 10. Habitat in Indiis.

10. ATTELABUS. *Caput* exſertum, inclinatum, poſtice attenuatum. *Antennæ* apicem verſus craſſiores. *Truncus* cylindricus. *Tarſus* 4 articulis.

Curculionoides. LINN. S. N. n. 3.

Niger, thorace elytrisque rubris.

Tab. IV. f. 12. Habitat in Helvetia, Germania.

Apiarius. LINN. S. N. n. 10.

Cæruleſcens, elytris rubris, faſciis tribus nigris.

Tab. IV. f. 14. Habitat in Germania.

11. COCCINELLA. *Antennæ* ſubclavatæ, truncatæ, *palpis* ſemicordatis breviores. *Caput* ex thorace vix prominens. *Corpus* hemiſphæricum. *Thorax* et *Elytra* marginata. *Abdomen* planum. *Tarſus* 3 articulis.

* *Coleoptris rubris flavisve: Punctis nigris maculatis.*

3 *punctata.* LINN. S. N. n. 7.

Coleoptris rubris: punctis nigris tribus.

Tab. III. f. 3. Habitat in Europa.

Hieroglyphica. LINN. S. N. n. 14.

Coleoptris luteis: maculis duabus nigris longitudinalibus ſinuatis.

Tab. III. f. 4. Habitat in Sicilia. (Suecia *Linn.*)

** *Coleoptris rubris flavisve: albo maculatis.*

16-*guttata.* LINN. S. N. n. 35.

Coleoptris luteis: punctis albis ſedecim.

Tab. III. f. 5. Habitat in Europa.

b. ead. lente aucta.

*** *Coleoptris nigris rubro maculatis.*

6 *puſtulata.* LINN. S. N. n. 44.

Coleoptris nigris, punctis rubris ſex.

Tab. III. f. 6. Habitat in Europa.

**** *Coleoptris nigris albo flavove maculatis.*

12 *puſtulata* FABRIC. ſpec. n. 67. *mantiſſ.* 92. V. SYST. FABRIC.

Tab. III. f. 7. c. eadem lente aucta.

b. *Antennis* filiformibus, ſecundum totam longitudinem æquabili craſſitie.

12. PTINUS. *Antennæ* filiformes, articulis ultimis majoribus. *Thorax* subrotundus, immarginatus, caput excipiens. *Tarsus* 5 articulis.

Pectinicornis. LINN. S. N. n. 1.

Fuscus, antennis luteis pectinatis.

Tab. II. f. 6. Habitat in Europa.

d. maris
e. feminæ } antenna lente vitrea aucta.

Imperialis. LINN. S. N. n. 4.

Fuscus, thorace subcarinato, coleoptris macula alba aquilam expansam referente.

Tab. II. f. 7. Habitat in Scaniæ arboribus, Helvetia.

Fur. LINN. S. N. n. 5.

Testaceus. subapterus, thorace quatuordentato, elytris fasciis duabus albis.

Tab. II. f. 8. Habitat, proh dolor! ubique.

13. BRUCHUS. *Antennæ* filiformes fensim crassiores. *Caput* subrostratum. *Tarsus* 5 articulis.

2 *punctatus* NOBIS.

Cinereus, elytris striatis, abbreviatis, basi puncto nigro: thorace tuberculato: antennis flavis.

Tab. IV. f. 2. Habitat in Rhætia.

14. LAMPYRIS. *Antennæ* filiformes. *Thorax* planus, semiorbiculatus, caput subtus occultans cingensque. *Abdominis* latera plicato-papillosa. *Elytra* flexilia. *Tarsus* 5 articulis. *Femina* aptera plerisque.

Italica. LINN. S. N. n. 11.

Elytris fuscis, clypeo antice transverso rufo: medio nigro.

Tab. VI. f. 3. Habitat in Helvetia meridionali, Italia.

Sanguinea. LINN. S. N. n. 17.

Nigra, thoracis lateribus elytrisque sanguineis.

Tab. VI. f. 4. Habitat in Europæ lapidosis.

15. CASSIDA. *Antennæ* subfiliformes, extrorsum crassiores. *Thorax* clypeatus, planus, marginatus. *Caput* subtus recipiens et occultans. *Elytra* marginata. *Tarsus* 4 articulis.

Grossa. LINN. S. N. n. 17.

Sanguinea, elytris disco punctis nigris sparsis, margine lineis ramosis nigris.

Tab. III. f. 1. Habitat in America meridionali.

Lateralis. LINN. S. N. n. 26.

Fusco-ænea, elytris macula flava laterali.

Tab. III. f. 2. Habitat in America.

a. Eadem subtus visa.

16. HISPA. *Antennæ* fusiformes, basi approximatæ inter oculos sitæ (hyperophthalmæ). *Thorax* et *Elytra* sæpe aculeata. *Tarsus* 4 articulis.

Atra. LINN. S. N. n. 1.

Corpore toto atra.

V. Tab. frontiſpicii. Habitat in Europa auſtrali, Helvetia.

17. TENEBRIO. *Antennæ* moniliformes, articulo ultimo ſubrotundo. *Thorax* planus, convexiuſculus, marginatus. *Elytra* rigidiuſcula. *Tarſus* 5 articulis, vel 5 in primo pare et 4 articulis in reliquis paribus, vel ubique 4 articulis.

* *Alati.*

Gigas. LINN. S. N. n. 1.

Alatus ater, elytris ſtriatis, thorace lævi.

Tab. VII. f. 7. Habitat Surinami.

Molitor. LINN. S. N. n. 2.

Alatus niger totus, femoribus anticis craſſioribus.

Tab. XXXIV. f. 31. Habitat in Europa.

** *Apteri.*

Gages. LINN. S. N. n. 14.

Apterus niger, thorace æquali, coleoptris lævibus, truncatis.

Tab. VII. f. 9. Habitat in Hiſpania, Barbaria.

18. CHRYSOMELA. *Antennæ* moniliformes, extrorſum craſſiores. *Thorax*, nec *Elytra*, marginatus. *Tarſus* 5 articulis primi paris, 4 in reliquis, vel 4 ubique articulis.

* *Corpore ovato.*

Gigantea. LINN. S. N. n. 1.

Ovata nigra, coleoptris punctis fulvis numeroſiſſimis.

Tab. III. f. 8. Habitat in India.

Alni. LINN. S. N. n. 9.

Ovata violacea, elytris punctis excavatis ſparſis, antennis pedibusque nigris.

Tab. III. f. 12. Habitat in Betula *alno.*

Boleti. LINN. S. N. n. 36.

Ovata nigra, elytris faſciis tribus flavis repandis.

Tab. III. f. 9. Habitat in Boletis arborum.

Marginata. LINN. S. N. n. 39.

Ovata nigra-ænea, elytris margine luteis.

Tab. III. f. 10. Habitat in Europa.

** *Saltatoriæ.*

Nemorum. LINN. S. N. n. 62.

Saltatoria, elytris linea flava, pedibus pallidis.

Tab. III. f. 11. Habitat in pulmonaria, Dentaria, Cardamine.

*** *Corpore cylindrico.*

Sericea. LINN. S. N. n. 86. ?

Cylindrica, thorace cæruleo, elytris pedibusque cæruleis.

Tab. III. f. 13. Habitat in ſalicibus.

Colore variat.

**** *Corpore oblongo, thorace anguſtiore.*

Merdigera. LINN. S. N. n. 97.

Oblonga rubra, thorace cylindrico utrinque impreſſo.

Tab. III. f. 14. Habitat in Lilio, Convallaria.

***** *Elongatæ.*

Sulphurea. LINN. S. N. n. 114.

Oblonga flava tota.

Tab. XXXIV. f. 16. Habitat in Norvegia.

19. MELOE. *Antennæ* moniliformes, articulo ultimo ovato. *Thorax* inæqualis, ſubrotundus, immarginatus. *Caput* inflexum, gibbum. *Elytra* mollia, flexilia. *Tarſus* 5 articulis primi paris, 4 in reliquis.

* *Apteri, elytris abbreviatis absque alis.*

Proſcarabæus. LINN. S. N. n. 1.

Apterus, corpore violaceo.

Tab. VII. f. 10. Habitat in Europa.

** *Alati, elytris longitudine corporis alas tegentibus.*

Cichorii. LINN. S. N. n. 5.

Alatus niger, thorace hirſuto, elytris faſciis tribus flavis, antennis clavatis.

Tab. VII. f. 11. Habitat in Cichoriis totius orientis. Helvetia.

a. Fœmina præcedentis ?

Ego priorem indigenam, hanc exoticam nuncupare mallem.

20. MORDELLA. *Antennæ* filiformes, ſerratæ, articulis trigonis. *Caput* deflexum ſub collo. *Palpi* compreſſo-clavati, oblinque truncati. *Elytra* deorſum curva, apicem verſus. Ante femora poſtica lamina lata (Epigaſtrium.) *Tarſus* 5 articulis primiparis, 4 in reliquis.

Perlata NOBIS.

Atra nitens, tomentoſa thorace et ſcutello marginato faſciculis villoſis albo, cyaneis, elytris punctis quatuor villoſis albo-cyaneis.

Tab. VII. f. 14. Habitat in Helvetia.

Bicolor. SULZ. *Abdominalis* FABRIC. S. E. 264. 8. V. SYST. FABRIC.

Tab. VII. f. 15. Habitat in Helvetia.

c. *Antennis* ſetaceis, verſus apicem ſenſim attenuatis.

21. CERAMBYX. *Antennæ* attenuatæ, ſubamphiophthalmæ. *Thorax* lateribus mucronato-calloſus. *Elytra* linearia. *Tarſus* 4 articulis.

* *Thorace ſpinis lateralibus mobilibus.*

Longimanus. LINN. S. N. n. 1. mas.

Thorace ſpinis mobilibus, elytris baſi unidentatis apiceque bidentatis, antennis longis. Tab. V. f. 1. Habitat in America.

** *Tho-*

** *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

Cinnamomeus. LINN. S. N. n. 10.

Thorace marginato denticulato, corpore ferrugineo elytris mucronatis.

Tab. V. f. 2. Habitat in America.

*** *Thorace rotundato, ſpinis fixis lateralibus mucronato.*

Sutor. LINN. S. N. n. 38.

Thorace ſpinoſo, elytris obtuſis atris ſubnebuloſis, ſcutello luteo, antennis longiſſimis.

Tab. V. f. 4. Habitat in Europa.

Curſor. LINN. S. N. n. 45.

Thorace ſpinoſo, elytris obtuſis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.

Tab. V. f. 7. Habitat in Europa.

**** *Thorace inermi ſubcylindrico.*

Punctatus. LINN. S. N. Add. p. 1067. n. 7.

Thorace mutico ſubcylindrico, totus viridis punctis nigris, antennis mediocribus.

Tab. V. f. 10. Habitat in Luſitania.

***** *Thorace inermi ſubrotundo* f. *ex globoſo depreſſo.*

Violaceus. LINN. S. N. n. 70.

Thorace mutico ſubrotundo pubeſcente corpore violaceo, antennis mediocribus.

Tab. frontiſpicii, fig. 2. Habitat in Europa.

22. LEPTURA. *Antennæ* ſetaceæ. *Caput* exſertum. *Thorax* teretiuſculus. *Elytra* apicem verſus attenuata. *Tarſus* 4 articulis.

* *Thorace ovato*, ſ. *antrorſum oblongiuſculo anguſtiore. Elytris apice truncatis.*

Aquatica. LINN. S. N. n. 1.

Deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis.

Tab. XXXIV. f. 24. Habitat in plantis aquaticis.

** *Thorace ſubgloboſo, nec antice attenuato. Elytris apice obtuſis, nec truncatis.*

Verbaſci. LINN. S. N. n. 22.

Thorace ſubovato nigro, elytris faſciis tribus nigris: prima ſemiannulata.

Tab. V. f. 12. Habitat in Verbaſco Galliæ, Germ. Helvet.

23. CANTHARIS. *Antennæ* ſetaceæ. *Caput* exſertum. *Thorax* marginatus, capite brevior. *Elytra* flexilia. *Abdominis* latera plicato-papilloſa. *Tarſus* 5 articulis ubique, vel 5 articulis primi et ſecundi paris, 4 ultimi.

* *Thorace depreſſo.*

Biguſtulata. LINN. S. N. n. 8.

Thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris apice rubris.

Tab. VI. f. 5. Habitat ſæpe in Caricibus.

a. Antenna maris lente aucta.

** *Thorace teretiuſculo.*

Nigricans SULZ. *ruficollis* FABR. 7. variet.? V. SYST. FABRIC.

Tab. VI. f. 6. Habitat in Helvetia.

24. ELATER. *Antennæ* ſetaceæ et in crena capitis recondendæ. *Corpus* dorſo impoſitum exſiliens, mucrone ſterni e foramine abdominis reſiliente. *Thorax* verſus baſin elytrorum, lateribus angulo acuto. *Tarſus* 5 articulis.

Porcatus. LINN. S. N. n. 6.

Fuſcus, elytris nigris porcatis: ſulcis elevatis glabris.

Tab. VI. f. 7. Habitat in America.

Cruciatus. LINN. S. N. n. 12.

Thorace nigro lateribus ferrugineo, coleoptris flavis: cruce margineque nigris.

Tab. VI. f. 10. Habitat in Europa.

25. CICINDELA. *Antennæ* ſetaceæ. *Maxillæ* prominentes denticulatæ. *Oculi* prominuli. *Thorax* rotundato-marginatus. *Femora* poſtica baſi *Trochantere* inſtructa. *Tarſi* 5 articulis.

Capenſis. LINN. S. N. n. 3.

Subæenea, elytris albis linea fuſcâ triramoſa.

Tab. VI. f. 11. Habitat ad Cap. b. ſpei.

Litteratus. SULZ. *Sylvatica.* LINN. S. N. n. 8.?

Potius C. *hybridæ* L. varietas eſſe videtur.

Tab. VI. f. 12. Habitat in Helvetia.

26. BUPRESTIS. *Antennæ* ſetaceæ longitudine thoracis. *Caput* dimidium intra thoracem retractum. *Elytra* et *Corpus* verſus anum anguſtata. *Tarſi* 5 articulis.

* *Elytris faſtigiatis.*

8*guttata.* LINN. S. N. n. 2.

Elytris faſtigiatis muticis maculis quatuor albis, corpore cæruleo.

Tab. frontiſpicii fig. 3. Habitat in Europa.

** *Elytris verſus apicem ſerratis.*

Ignita. LINN. S. N. n. 3.

Elytris ſerratis, thorace impreſſo, corpore inaurato, tibiis teretibus.

Tab. VI. f. 14. Habitat in Indiis.

*** *Elytris integris.*

Tenebrionis. LINN. S. N. n. 11.

Atra, elytris integris lineato-punctatis, thorace varioloſo dilatato.

Tab. VI. f. 16. Habitat in Europa, Africa.

9*maculata.* LINN. S. N. n. 17.

Elytris integerrimis maculis tribus longitudinalibus, fronte thoracisque lateribus luteis.

Tab. VI. f. 17.

27. CARABUS. *Antennæ* ſetaceæ, longitudine thoracis. *Thorax* obcordatus, margine truncatus, marginatus. *Elytra* marginata. *Femora* trochantere inſtructa. *Tarſi* 5 articulis.

* *Majores.*

Granulatus. LINN. S. N. n. 2.

Apterus, elytris longitudinaliter convexe punctatis.

Tab. VII. f. 2. Habitat in Lignis putridis.

Nitens. LINN. S. N. n. 6.

Apterus, elytris porcatis; ſtriis paſſim interruptis ſulcisque ſcabriuſculis inauratis.

Tab. VII. f. 3. Habitat in Europæ ſylvis.

Sycophanta. LINN. S. N. n. 12.

Aureo-nitens, thorace cæruleo, elytris aureo-viridibus ſtriatis: abdomine ſubatro.

Tab. VII. f. 1. Habitat in Europa.

** *Minores.*

Crux minor. LINN. S. N. n. 40.

Thorace luteo glabro, elytris poſtice nigris: maculis duabus flavis.

Tab. VII. f. 6. Habitat in Helvetia

28. DYTISCUS. *Antennæ* ſetaceæ aut clavato-perfoliatæ. *Pedes* poſtici villoſi, natatorii, ſubmutici. *Tarſi* 5 articulis.

* *Antennis perfoliatis.*

Piceus. LINN. S. N. n. 1.

Antennis perfoliatis, corpore lævi, ſterno carinato poſtice ſpinoſo.

Tab. VI. f. 18. Habitat in Europa.

** *Antennis ſetaceis.*

Latiſſimus. LINN. S. N. n. 6.

Niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flava.

Tab. VII. f. 19. Habitat in Europa.

II. ELYTRIS mutilatis, tergo vel brevioribus vel anguſtioribus.

29. NECYDALIS. *Antennæ* ſetaceæ. *Elytra* mutilata, alis breviora vel anguſtiora. *Cauda* ſimplex. *Tarſus* 4 articulis.

* *Elytris ala abdomineque multo brevioribus.*

Umbellatarum. LINN. S. N. n. 3.

Elytris abbreviatis teſtaceis immaculatis, antennis longis.

Tab. VI. f. 1. Habitat in Germania, Helvetia.

** *Elytris ſubulatis longitudine abdominis.*

Cærulea. LINN. S. N. n. 4.

Elytris ſubulatis cærulea, femoribus poſticis clavatis arcuatis.

Tab. VI. f. 2. Habitat in Africa, Italia, Valleſia.

30. STAPHYLINUS. *Antennæ* moniliformes. *Elytra* dimidiata. *Alæ* tectæ. (plicatæ, ac ſub Elytra retractæ) *Cauda* ſimplex, exſerens duas veſiculas oblongas. *Tergum* infra nudum. *Tarſi* 5 articulis.

Hirtus. LINN. S. N. n. 1.

Hirſutus niger, thorace abdomineque poſtice flavis.

Tab. VII. f. 16. Habitat in locis arenoſis. Chiavennæ Rhætorum.

31. FORFICULA. *Antennæ* ſetaceæ. *Elytra* dimidiata. *Alæ* tectæ. *Cauda* forcipata. *Tarſus* 3 articulis.

Auricularia. LINN. S. N. n. 1.

Tab. VII. f. 17. Habitat in Europa.

HEMIPTERA.

Semivaginata. Hemicoleoptera. Semicruſtata.

Os Roſtrumque inflexum verſus pectus.

Alæ hemelytratæ, ſuperioribus ſemicoriaceis (per futuram rectam minime conniventibus) ſed margine interiore impoſitis.

1. BLATTA. *Caput* inflexum. *Os* maxilloſum, *palpis* 4. *Thoraæ* planiuſculus, orbiculatus, dilatato-marginatus. *Hemelytra* æque planæ, oblongæ, ſubcoriaceæ. *Pedes* curſorii. *Tarſi* 4 articulis. *Cauda* corniculis duobus foliaceis. *Femina* alis mutilatis.

Surinamenſis. LINN. S. N. n. 3.

Livida, thoracis margine antico albo.

Tab. VIII. f. 1. Habitat Surinami.

Orientalis. LINN. S. N. n. 7.

Ferrugineo-fuſca, elytris abbreviatis ſulco longo impreſſo.

Tab. VIII. f. 2. Habitat in America. *Hoſpitatur* in Oriente. Inventa Bellinzonæ, Locarni helvetiorum.

Lapponica. LINN. S. N. n. 8.

Flaveſcens, elytris nigro maculatis.

Tab. VIII. f. 3. Habitat in Lapponia, Helvetia.

2. MANTIS. *Caput* inflexum, nutans. *Os* maxilloſum, *palpis* inſtructum. *Antennæ* ſetaceæ. *Stemmata* 3. *Alæ* 4 membranaceæ, convolutæ, inferiores plicatæ. *Pedes antici* compreſſi, ſubtus ſerrato-denticulati, armati ungue ſolitario et digito ſetaceo laterali articulato.

Religioſa. LINN. S. N. n. 5.

Thorace lævi ſubcarinato elytrisque viridibus immaculatis.

Tab. VIII. f. 4. Habitat in Africa. Italia. Auſtria. Genevæ. Locarni. In Valeſia.

3. GRYLLUS. *Caput* inflexum. *Os* maxilloſum, *palpis* 4. *Antennæ* ſetaceæ ſeu filiformes. *Alæ* 4 deflexæ, convolutæ: inferiores plicatæ. *Pedes* poſtici ſaltatorii, reliqui ambulatorii. *Tarſi* 4 in Tettigoniis et Locuſtis, 3 in Achetis. Ungues ubique bini.

* ACRIDA. *Caput conicum, thorace longius. Antennæ enſiformes.*

Naſutus. LINN. S. N. n. 1.

Capite conico, antennis enſiformibus, corpore viridi.

Tab. VIII. f. 5. Habitat in Africa, Italia, Helvetia.

** BULLA. *Thorax carinatus. Antennæ thorace breviores, filiformes.*

Bipunctatus. LINN. S. N. n. 7.

Thoracis ſcutello abdominis longitudine.

Tab. VIII. f. 6. Habitat in Europa.

Subulatus. LINN. S. N. n. 8.

Thoracis ſcutello abdomine longiore.

Tab. VIII. f. 7. Habitat in Europa.

a. *Idem* lente auctus.

*** ACHETA. *Cauda ſetis duabus.*

Gigas SULZ. an *aſſimilis* FABRICII?

Tab. VIII. f. 8. Habitat in America.

**** TETTIGONIA. *Cauda enſifera feminis. Antennæ ſetaceæ.*

Viridiſſimus minor SULZ. Locuſta *varia* FABRIC. S. E. 287. 24. V. SYST. FABRIC.

Tab. VIII. f. 9. Lectus Turici.

Acuminatus. LINN. S. N. n. 23.

Thorace rotundato, vertice ſubulato, alis virescentibus.

Tab. IX. f. 1. Habitat in America.

***** LOCUSTA. *Cauda ſimplex, Antennæ filiformes.*

Italicus. LINN. S. N. n. 46.

Thorace ſubcarinato, alis rubris: apice hyalinis.

Tab. IX. f. 4. Habitat in Europa auſtrali. Cap. b. ſpei.

4. FULGORA. *Caput* fronte producta, inani. *Antennæ* infra oculos: articulis 2; exteriore globoſo, majore foramine pertuſo. *Roſtrum* inflexum. *Alæ* deflexæ, corpore longiores, inferiores cruciatæ. *Pedes* greſſorii. *Tarſi* 3 articulis.

Europæa. LINN. S. N. n. 9.

Fronte conica, corpore viridi, alis hyalinis reticulatis, plantis rufis.

Tab. IX. f. 5. Habitat in univerſa Europa.

a. *Eadem* lente aucta.

5. CICADA. *Roſtrum* inflexum. *Antennæ* ſetaceæ 2 vel 5 articulorum. *Alæ* 4 membranaceæ deflexæ. *Stemmata* in minoribus 2, in majoribus 3. *Pedes* pleriſque ſaltatorii. *Tarſi* 3 articulis.

* FOLIACEÆ. *Thorace compreſſo-membranaceo, corpore majore.*

Spinoſa. Membracis *ſpinoſa* FABRIC. 4. V. SYST. FABRIC.

Tab. IX. f. 6. Habitat Surinami.

** CRUCIATÆ. *Thorace utrinque cornuto.*

Aurita. LINN. S. N. n. 7.

Thorace biaurito, capitis clypeo antrorſum dilatato, rotundato.

Tab. IX. f. 7. Habitat in Germania, Helvetia.

*** MANNIFERÆ *non ſaltantes.*

Stridula. LINN. S. N. n. 12.

Elytris margine dilatato, punctis ſeptem albis.
Tab. IX. f. 8 Habitat in Indiis.

**** RANATRÆ *ſaltatoriæ.*

Cruentata. Cercopis *cruentata* FABRIC. 3. V. SYST. FABRIC.
Tab. IX. f. 9. Habitat Surinami.

***** DEFLEXÆ. *Alis deflexis latera obvolventibus.*

Phalænoides. LINN. S. N. n. 40.
Exalbida, alis deflexis patulis: elytris antice fuſco punctatis.
Tab. IX. f. 10. Habitat in America.

Lanata. LINN. S. N. n. 42.
Alis deflexis nigris: punctis cæruleis, fronte lateribusque rubris, ano lanato.
Tab. IX. f. 11. Habitat in Indiis.

6. NOTONECTA. *Roſtrum* inflexum. *Antennæ* thorace breviores, hypophtalmæ. *Alæ* 4 cruciato complicatæ antice coriaceæ. *Scutellum* in quibusdam. *Pedes* poſtici piloſi, natatorii. *Tarſi* 1 vel 2 articulis.

Minutior. SULZ. An *ſtriata* LINN. variet?
Tab. X. f. 1. Habitat in Helvetia.

7. NEPA. *Roſtrum* inflexum. *Antennæ* breviſſimæ, hypophtalmæ. *Scutellum* in quibusdam. *Alæ* 4 cruciato-complicatæ: antice coriaceæ. *Pedes* anteriores cheliformes: reliqui quatuor ambulatorii. *Tarſi* 1 vel 2 articulis.

Linearis. LINN. S. N. n. 7.
Linearis, manibus ſpina laterali pollicatis.
Tab. X. f. 4. Habitat in Europa.

8. CIMEX. *Roſtrum* inflexum *Antennæ* thorace longiores 3, 4 vel 5 articulis. *Alæ* 4 cruciato-complicatæ: antice coriaceæ. *Doſum* planum, *thorace* marginato. *Pedes* curſorii. *Tarſi* 3 articulis.

a APTERI.

Lectularius. LINN. S. N. n. 1.
Apterus.
Tab. XXXVI. f. 10. Habitat?
a. *Eiusd.* Capitis pars inferior, lente aucta.

b SCUTELLATI: *Scutello longitudine abdominis.*

Druræi. LINN. Mant. alt. p. 534.
Scutellatus ſanguineus punctis maculisque nigris, ſubtus atro-cæruleſcens.
Tab. X. f. 5. Habitat in China.
a. Idem volans.

c COLEOPTRATI. *Elytris fere totis coriaceis.*

Clavicornis. LINN. S. N. n. 16.
Coleoptratus, elytris nervoſo-carinatis reticulato punctatis, antennis clavatis.
Tab. frontiſpicii fig. 4. Habitat in Europa.

* d * MEMBRANACEI *et valde depreſſi ut folium.*

Corticatus. DRURY Exot. 2. t. XL. f. 2.

Tab. X. f. 7. Habitat in Braſilia.

Eroſus. LINN. S. N. n. 19.

Membranaceus, abdomine flavo: faſcia nigra, thorace rugoſo, tibiis anticis incraſſatis.

Tab. XXXVI. f. 11. Habitat in America.

* e * SPINOSI: *thorace ſpina utrinque armato.*

Acantharis. LINN. S. N. n. 38.

Oblongus, thorace ſpinoſo, abdomine ſpinis ciliato.

Tab. X. f. 8. Habitat in Jamaica.

* f * ROTUNDATI f. *ovati, thorace mutico.*

Peregrinator. LINN. S. N. n. 40.

Suborbiculatus, depreſſus griſeo pallidoque varius thorace ſcabro.

Tab. X. f. 11. Habitat in Indiis.

* g * SETICORNES *Antennis apice ſetaceis.*

Annulatus. LINN. S. N. n. 71.

Roſtro arcuato, antennis apice capillaribus, corpore oblongo: ſubtus ſanguineo maculato.

Tab. X. f. 13. Habitat in Europa.

* h * OBLONGI.

Apterus. LINN. S. N. n. 78.

Oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris punctis duobus nigris.

Tab. X. f. 14. Habitat in Europa.

* i * *Antennis ſetaceis longitudine corporis.*

Striatus. LINN. S. N. n. 105.

Oblongus niger, elytris flavo fuſcoque ſtriatis apice pedibusque rufis.

Tab. X. f. 15. Habitat in Ulmi *campeſtris* foliis.

* k * SPINIPEDES; *tibiis ſpina notatis.*

Denticulatus. SCOP. Ent. Carn. 365.

Thoracis margine laterali denticulis crebris, parvis undique armato: abdomine bidentato: femoribus poſticis ſpinoſis.

Tab. X. f. 16. Habitat circa Tergeſtum *Scop.* Genevam.

* l * LINEARES; *corpore anguſto.*

Coryli. LINN. S. N. n. 121.

Oblongus niger, pedibus antennisque ſetaceis flavis.

Tab. X. f. 17. Habitat in Corylo *avellana.*

9. APHIS. *Roſtrum* inflexum. *Antennæ* thorace longiores, in feminis 6–7, in maſculis 10-20 articulis. *Alæ* 4 erectæ, aut nullæ. *Abdomen* poſtice ſæpius bicorne. *Pedes* ambulatorii. *Tarſus* unico articulo.

Viburni. FABRIC. 18. Tab. XI. f. 1. 2. *
Perſicæ. - - - 3. lente aucti.
Polianthes tuberoſæ - - - 4. 5. *
Salicis LINN. S. N. n. 26? - - - 6.

10. CHERMES. *Roſtrum* pectorale, inter pedes primi paris. *Antennæ* thorace longiores. *Stemmata* 3. *Thorax* gibbus. *Abdomen* terminatum acumine. *Alæ* 4 deflexæ. *Pedes* ſaltatorii. *Tarſi* 2 articulis.

Buxi. LINN. S. N. n. 7.
Tab. XI. f. 7. Habitat in Gallia. Helvetia.
- - - 8. idem lente auctus.

11. COCCUS. *Roſtrum* pectorale inter pedes primi paris. *Antennæ* ſetaceæ, vel moniliformes, vel perfoliatæ. *Abdomen* apice ſetoſum. *Alæ* 2 erectæ maſculis. Feminæ apteræ.
Perſicorum Tab. XI. f. 9.
Fol. quercus - - - 10. } et lente aucti.
Fagi - - - 11.

12. THRIPS. *Roſtrum* obſoletum, rima longitudinali. *Antennæ* filiformes, longitudine thoracis. *Corpus* lineare. *Abdomen* ſurſum reflexile. *Alæ* 4, *Hemelytris* duriuſculis, anguſtatis, longitudinalibus, dorſo incumbentibus. *Tarſi* veſiculoſi.

Phyſapus. LINN. S. N. n. 2.
Elytris glaucis, corpore atro.
Tab. XI. f. 12. Habitat in floribus ſemifloſculoſorum.
Id. lente auctus.

LEPIDOPTERA.

Farinacea *Schluga.* Gloſſata *Fabric.* Papillons.

Alæ 4 imbricatæ ſquamis.
Os lingua involuta ſpirali.
Corpus piloſum.

1. PAPILIO. *Antennæ* apicem verſus craſſiores, ſæpius clavato-capitatæ.
Alæ (ſedentis) erectæ ſurſumque conniventes. (volatu diurno.) *Pupa* obtecta nuda.

* *Equites Troes.*

Hector. LINN. S. N. n. 2.
Alis caudatis concoloribus nigris: primoribus faſcia alba: poſticis maculis rubris.
Tab. XII. f. 1. Habitat in Indiis.

Polytes. LINN. S. N. n. 5.
Alis caudatis nigris concoloribus: poſticis faſcia maculis quinque albis lunulisque rubris. Tab. XII. f. 3. Habitat in Aſia.

Anchiſes

Anchiſes. LINN. S. N. n. 11.

Alis dentatis nigris concoloribus: poſticis maculis ſeptem coccineis ovatis.

Tab. XII. f. 4. Habitat in Citro Americes.

Memnon. LINN. S. N. n. 13.

Alis dentatis nigris: omnibus baſi ſubtus rubro notatis.

Tab. XII. f. 5. Habitat in China.

** *Equites Achivi.*

Philoctetes. LINN. S. N. n. 29.

Alis ſubcaudatis fuſcis, poſticis ocellis duobus cœruleis pupilla nigra punctisque tribus albis.

Tab. XIII. f. 5. Habitat in Indiis.

Proteſilaus. LINN. S. N. n. 39.

Alis caudatis ſubconcoloribus albidis: faſciis fuſcis: unicâ ſubtus ſanguinea, angulo ani rubro.

Tab. XIV. f. 5. Habitat in America ſeptentrionali.

Teucer. LINN. S. N. n. 44.

Alis ſubrepandis lividiuſculis, ſubtus nebuloſis; poſticis ocellis tribus: poſtremo maximo.

Tab. XIV. f. 1. Habitat in Muſa Americes.

*** *Heliconii.*

Piera. LINN. S. N. n. 52.

Alis oblongis integerrimis hyalinis diaphanis, poſticis ocellis binis.

Tab. XV. f. 5. Habitat in Indiis.

Horta. LINN. S. N. n. 54.

Alis oblongis integerrimis rubris: primoribus apice hyalinis: poſticis ſubtus albidis nigro punctatis.

Tab. XV. f. 1. Habitat in Africa.

Mneme. LINN. S. N. n. 59.

Alis oblongis integerrimis nigris baſi fulvis: primoribus faſcia maculisque tribus flavis.

Tab. XV. f. 3. Habitat in India orientali.

**** *Danai Candidi.*

Hyparete. LINN. S. N. n. 92.

Alis integerrimis rotundatis albis; poſticis ſubtus venis maculisque nigris.

Tab. XV. f. 8. Habitat in Indiis.

Scylla. LINN. S. N. n. 95.

Alis ſubintegerrimis rotundatis fulvis: primoribus ſupra albis limbo nigro; ſubtus omnibus nebuloſis.

Tab. XV. f. 6. Habitat in Java.

Hecabe. LINN. S. N. n. 96.

Alis integerrimis rotundatis flavis extimo nigris: ſingulis ſubtus punctis pallidis numeroſiſſimis.

Tab. XV. f. 7. Habitat in Aſia.

***** *Danai feſtivi.*

Midamus. LINN. S. N. n. 108.

Alis integerrimis nigris albido punctatis: primoribus ſupra cæruleſcentibus; poſticis punctorum alborum linea.

Tab. XVI. f. 4. 5. Habitat in Aſia.

Obrinus. LINN. S. N. n. 113.

Alis integerrimis ſupra nigris faſcia cyanea, ſubtus viridibus faſcia albida.

Tab. XVI. f. 1. 2. Habitat in India.

Chryſippus. LINN. S. N. n. 119.

Alis integerrimis fulvis margine nigro punctis albis, poſticis diſco punctis nigris.

Tab. XVI. f. 3. Habitat in Aegypto, America.

****** *Nymphales gemmati.*

Lemonias. LINN. S. N. n. 136.

Alis dentatis griſeis punctis flaveſcentibus, omnibus ocello unico.

Tab. XVI. f. 7. 11. Habitat in Indiis.

Orithya. LINN. S. N. n. 137.

Alis dentatis fuſcis; omnibus ſupra ocellis utrinque duobus; primoribus ſubtus unico.

Tab. XVII. f. 1. 2. Habitat in Indiis.

Laomedia. LINN. S. N. n. 145.

Alis dentatis cineraſcentibus: ſupra primoribus ocellis ſex: poſticis quinque: quibusdam cœcis.

Tab. XVI. f. 10. Habitat in India orientali.

Libye. LINN. S. N. n. 146.

Alis dentatis fuſcis, ſubtus lineatis; poſticis ocellis ſex pupilla argentea.

Tab. XVII. f. 7. Habitat in India.

Semele. LINN. S. N. n. 148.

Alis dentatis fulvo nigroque nebuloſis; primoribus utrinque ocellis duobus: poſticis ſupra unico.

Tab. XVII. f. 5. 6. Habitat in Europæ ſylvis.

Phædra. LINN. S. N. n. 150.

Alis dentatis fuſcis concoloribus: primoribus ocellis duobus.

Tab. XVII. f. 10. Habitat in Germania.

7 *Nymphales phalcrati.*

Dirce. LINN. S. N. n. 171.

Alis angulatis fuſcis, primoribus faſcia flava: ſubtus nigro undulatis.

Tab. XVII. f. 11. 12. Habitat in Indiis.

Leucothoë. LINN. S. N. n. 179.

Alis dentatis, ſupra fuſcis ſubtus luteis: faſciis tribus macularibus albis nigro notatis.

Tab. XVIII. f. 2. 3. Habitat in Aſia.

Diſſimilis. LINN. S. N. n. 195.

Alis dentatis dilatato-venoſis nigris ſubconcoloribus: maculis ſagittatis albis, poſtremis ſubtus luteis.

Tab. XVIII. f. 6. Habitat in Aſia.

Vanillæ. LINN. S. N. n. 216.

Alis dentatis flavis nigro-maculatis; ſubtus maculis xxx argenteis.

Tab. XVIII. f. 4. 5. Habitat in Epidendro *Vanilla* Americes.

8 *Plebeii rurales.*

Quercus. LINN. S. N. n. 222.

Alis ſubcaudatis ſupra cœruleis; ſubtus cinereis linea alba, puncto ani gemino fulvo.

Tab. XVIII. f. 10. Habitat in Quercu.

Rubi. LINN. S. N. n. 237.

Alis dentato-ſubcaudatis: ſupra fuſcis, ſubtus viridibus.

Tab. XVIII. f. 11, 12. Habitat in Rubo aculeato.

8 *Plebeii urbicolæ.*

Proteus. LINN. S. N. n. 259.

Alis caudatis fuſcis; maculis feneſtratis, antennis uncinatis.

Tab. XIX. f. 1. 2. Habitat in Gramine Americes.

Actorion. LINN. S. N. n. 262.

Alis ſubcaudatis fuſcis: primoribus faſcia lutescente exteriore, maculaque cœrulea poſtica; ſubtusque ocello.

Tab. XIX. f. 3. 4. Habitat in Indiis.

2. SPHINX. *Antennæ* medio craſſiores f. utraque extremitate attenuatæ, ſubprismaticæ. *Alæ* deflexæ, poſticæ plerumque minores anticis, (volatu graviore veſpertino f. matutino.) *Corpus* tumidum. *Caput* parvum. *Oculi* prominuli. *Pupa* obtecta folliculata.

* LEGITIMÆ *Alis angulatis.*

Lugubris. LINN. Mantiſſ. 537.

Alis angulatis ferrugineo fuſcis puncto atro.

Tab. XXXVI. f. 1. Habitat in America. Antigoa.

** LEGITIMÆ *Alis integris ano ſimplici.*

Vitis. LINN. S. N. n. 16.

Alis cinereis fuſco variis: poſticis margine interiore ſanguineis.

Tab. XX. f. 1. Habitat in Vite Americes.

*** LEGITIMÆ *Alis integris ano barbato.*

Apiformis. LINN. S. N. n. 29.

Alis feneſtratis, abdomine flavo incifuris atris, thorace nigro maculis duabus flavis.

Tab. XX. f. 6. Habitat in Europa.

Culiciformis. LINN. S. N. n. 30.

Alis hyalinis margine fafciaque nigris, abdomine barbato: cingulo fulvo.

Tab. XX. f. 5. Habitat in Europa.

**** ADSCITÆ. *Habitu et Larva diverſæ.*

Cerbera. LINN. S. N. n. 38.

Paraplecticus. FABR. S. Ent. n. 44. V. SYST. LINN. Tab. IV. f. 7.

** *Longiroſtres, femoribus dentatis.*

Germanus. FABR. S. Ent. n. 67. V. SYST. LINN. Tab. IV. f. 8.

*** *Longiroſtres, femoribus poſticis incraſſatis ſaltatoriis.*

Salicis. FABR. S. Ent. n. 91. V. SYST. LINN. Tab. XXXIV. f. 20. f. *Idem*, lente auctus. g. Caput lateraliter viſum.

**** *Breviroſtres, femoribus muticis.*

guttatus. FABR. S. Ent. n. 109.

Breviroſtris, nigricans, elytris griſeis: maculis duabus albis; poſteriori majori communi.

Tab. IV. f. 11. Habitat in Anglia.

Latiroſtris. FABR. S. Ent. n. 128.

Breviroſtris, roſtro latiſſimo, explanato, elytris apice albis, punctis duobus nigris.

Tab. II. f. 17. Habitat Halæ Saxonum.

Emeritus. FABR. S. Ent. n. 133.

Breviroſtris, thorace ſubſpinoſo, elytris angulo duplici criſpato.

Tab. IV. f. 10. Habitat in Indiis, minime confundendus cum C. *globoſo.*

***** *Breviroſtres, femoribus dentatis.*

Argentatus. FABR. S. Ent. n. 148.

Breviroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo.

Tab IV. f. 9. Habitat in Europæ urtica, betula.

41. RHINOMACER. *Palpi* quatuor, extrorſum craſſiores, articulo ultimo truncato. *Antennæ* ſetaceæ roſtro inſidentes. Figura caret; ſperanda ab Ill. *Allioni.*

42. ATTELABUS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, palpos tegens. *Antennæ* moniliformes inſidentes Roſtro.

Curculionoides. FABR. S. Ent. n. 2. V. SYST. LINN.

43. CLERUS. *Palpi* quatuor: *antici* filiformes: *poſtici* longiores ſecuriformes. *Antennæ* moniliformes.

Unifaſciatus. FABR. Mant. I. 125. 8.

Niger, elytris faſcia alba baſi rubris.

Tab. IV. f. 13. Habitat in Helvetiæ, Africæ Onopordine.

Apiarius. FABR. S. Ent. n. 4. *Attelabus.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. IV. f. 14.

44. NOTOXUS. *Palpi* quatuor ſecuriformes. *Maxilla* unidentata. *Antennæ* moniliformes.

Mollis. FABR. S. Ent. n. 1.

Pubeſcens, elytris nigris: faſciis tribus pallidis.

Tab. XXXIV. f. 21. Habitat in Europa.

45. SPONDYLIS. *Palpi* ſubfiliformes. *Maxilla* conica, craſſa, integra. *Labium* corneum, bifidum. *Antennæ* moniliformes.

Buprefloides FABR. S. Ent. n. 1.

Atra, thorace ſubgloboſo.

Tab. XXXIV. f. 22. Habitat in Europæ ſylvis.

46. PRIONUS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* cylindrica, integra. *Labium* breviſſimum, membranaceum. *Antennæ* ſetaceæ.

Longimanus. FABR. S. Ent. n. 1. *Cerambyx.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. V. f. 1.

Cinnamomeus. FABR. S. Ent. n. 16. *Cerambyx.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. V. f. 2.

47. CERAMBYX. *Palpi* filiformes. *Maxilla* obtuſa unidentata. *Labium* bifidum. *Antennæ* ſetaceæ.

Nebuloſus. FABR. S. Ent. n. 20.

Thorace ſpinoſo, elytris punctis faſciisque nigris, antennis longioribus.

Tab. XXXIV. f. 23. *Mas.* Fœmina multo major. Habitat in abietum truncis.

48. LAMIA. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* cornea, bifida. *Labium* corneum, bifidum. *Antennæ* ſetaceæ.

Aſpera NOBIS.

Aſpera, thoracé rotundo, utrinque uniſpinoſo, ſordide atra, elytris medio tumeſcentibus.

Tab. V. f. 3. Habitat in Italia, a me ipſo multoties lecta.

Sutor. FABR. S. Ent. n. 10. *Cerambyx.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. V. f. 4.

Fuliginator. FABR. S. Ent. n. 23.

Thorace ſubſpinoſo, nigra, elytris cineraſcentibus, antennis breviſſimis.

Tab V. f. 9. Habitat in Europa auſtraliori.

49. STENOCORUS. *Palpi* quatuor: *antici* filiformes: *poſtici* clavati: *Antennæ* ſetaceæ.

Feſtivus. FABR. S. Ent. n. 4.

Thorace utrinque bidentato, elytris bidentatis, viridibus, linea laterali lutea.

Tab. V. f. 6. Habitat in America.

50. CALOPUS. *Palpi* quatuor: antici clavati; *poſtici* filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennæ* filiformes.

Figura caret: ex *Schæffero* depromenda ſi melior foret.

51. RHAGIUM. *Palpi* quatuor capitati. *Maxilla* unidentata. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennæ* ſetaceæ.

Curſor. FABR. S. Ent. n. 2.

Thorace ſpinoſo, elytris rufis, futura lineaque nigris.

Tab. V. f. 7. Habitat in Europa.

Biſaſciatum. FABR. S. Ent. n. 3.

Thorace ſpinoſo, elytris fuſcis; faſciis duabus obliquis flavis.

Tab. V. f. 8. Habitat in Anglia, Helvetia, Gallia.

52. SAPERDA. *Palpi* filiformes. *Maxilla* membranacea, bifida. *Labium* cordatum, truncatum. *Antennæ* ſetaceæ.

Punctata. FABR. S. Ent. n. 14.

Thorace mutico, totus viridis, punctis nigris numeroſis, antennis mediocribus.

Tab. V. f. 10. Habitat in Europa auſtraliori.

53. CALLIDIUM. *Palpi* quatuor clavati. *Maxilla* membranacea bifida. *Labium* bifidum, laciniis tenuiſſimis, acutis. *Antennæ* ſetaceæ.

Violaceum. FABR. S. Ent. n. 4.

Thorace ſubpubeſcente, corpore violaceo, antennis brevibus.

Tab. frontiſpicii fig 2. Habitat in Europa.

Verbaſci. FABRIC. S. Ent. n. 32.

Thorace rotundato, nigro, maculato, elytris ſubvireſcentibus, faſciis tribus nigris, prima lunari.

Tab. V. f. 12. Habitat in Verbaſco Europæ auſtralioris.

54. DONACIA. *Palpi* filiformes. *Maxilla* unidentata. *Labium* membranaceum, integrum. *Antennæ* ſetaceæ.

Simplex. FABR. S. Ent. n. 2?

Femoribus ſimplicibus.

Tab. XXXIV. f. 24. Habitat in Anglia.

Species noſtra DONACIA eſt: *craſſipes* non eſt: an *ſimplex?* dubium.

55. LEPTURA. *Palpi* filiformes. *Maxilla* unidentata, apice ſetoſa. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennæ* ſetaceæ.

Haſtata. FABR. Mant. I. p. 157. n 2.

Atra elytris rubris: apice ſuturaque media nigris.

Tab. V. f. 11. Habitat in Europa auſtraliori.

Umbellatarum. FABR. S. Ent. n. 21.

Elytris dimidiatis, teſtaceis, immaculatis, antennis longis.

Tab. VI. f. 1. Habitat in Germaniæ umbellatis.

56. LAMPYRIS. *Palpi* quatuor anteriores ſubclavati, poſteriores ſecuriformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum. *Antennæ* filiformes.

Italica. FABR. S. Ent. n. 12. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 3.

57. PYROCHROA. *Palpi* quatuor ſubfiliformes. *Maxilla* integra. *Labium* corneum, lineare, integrum. *Antennæ* filiformes.

Sanguinea. FABR. S. Ent. n. 2. *Lampyris.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 4.

58. LYCUS. *Os* roſtro cylindrico, incurvo. *Palpi* quatuor, articulo ultimo craſſiori truncato. *Antennæ* filiformes.

Roſtrata. FABR. Mant. I. p. 163. n. 3.

Nigra, thoracis lateribus elytrisque dilatatis flavis antice, poſtice nigris.

Tab. XXXIV. f. 25. Habitat in Africæ plantis.

59. HORIA. *Palpi* quatuor extrorſum craſſiores. *Maxilla* bifida. *Labium* lineare apice rotundatum. *Antennæ* moniliformes.

Dermeſtoides. FABR. Mant. I. p. 164. n. 2.

Teſtacea, oculis, alis pectoreque nigris.

Tab. XXXIV. f. 26. Habitat in Europa media.

60. LYMEXYLON. *Palpi* antici porrecti articulo penultimo magno appendiculo ovato, fiſſo, ultimo arcuato, acuto. *Antennæ* filiformes.

Navale. FABR. S. Ent. n. 2.

Luteum, elytris margine apiceque nigris.

Tab. XXXIV. f. 27. Habitat intra quercus lignum, quod deſtruit.

61. CUCUJUS. *Palpi* æquales, articulo ultimo truncato, craſſiori. *Labium* breve, bifidum, laciniis linearibus, diſtantibus. *Antennæ* moniliformes.

Depreſſus. FABR. S. E. n. 1.

Thorace denticulato rufo, pedibus ſimplicibus nigris.

Tab. XXXIV. f. 28. Habitat in Germania.

62. CANTHARIS. *Palpi* quatuor ſecuriformes. *Maxilla* bifida. *Labium* integrum. *Antennæ* filiformes.

Ruficollis. FABR. S. Ent. n. 7. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 6.

63. MALACHIUS. *Palpi* filiformes articulo ultimo ſetaceo. *Maxilla* unidentata. *Labium* rotundatum membranaceum. *Antennæ* filiformes.

Aeneus. FABR. S. Ent. n. 1.

Corpore viridi-æneo, elytris extrorſum ſanguineis.

Tab. VI. f. 5. a. Ejusd. Antenna lente aucta. Habitat in Europæ plantis.

Citatur ſic noſter in *Fabric.* Sp. Inſ. I. 261. 1. certe autem *æneus Fabricii* non eſt, ſed *ejusd. bipuſtulatus*, id quod non ſolum ex deſcriptione, ſed etiam ex *Schæfferi* iconibus ſimul allegatis luculenter apparet.

64. NECYDALIS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* unidentata. *Labium* membranaceum, late emarginatum. *Antennæ* filiformes.

Cærulea. FABR. S. Ent. n. 6.

Elytris ſubulatis, cærulea, femoribus poſticis clavatis, arcuatis.

Tab. VI. f. 2. Habitat in Oriente *Fabr.* Valeſia *Sulz.*

65. ELATER. *Palpi* quatuor ſecuriformes. *Maxilla* unidentata, obtuſa. *Labium* bifidum. *Antennæ* filiformes.

Porcatus. FABR. S. Ent. n. 8. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 7.

Aeneus. FABR S. Ent. n. 13.

Thorace elytriſque æneis, pedibus ſanguineis.

Tab. VI. f. 8. Habitat in Europa.

Cruciatus. FABR. S. Ent. n. 16. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 10.

Hæmatodes. FABR. Sp. Inſ. I. p. 271. n. 35.

Niger, thorace pubeſcente fulvo, elytris ſanguineis.

Tab. VI. f. 9. Habitat Hamburgi, et in Helvetia.

66. BUPRESTIS. *Palpi* quatuor filiformes: articulo ultimo obtuſo truncato. *Maxilla* obtuſa, unidentata. *Labium* cylindricum acuminatum. *Antennæ* filiformes ferratæ.

Ignita. FABR. S. Ent. n. 9. V. SYST. LINN. Habitat in Indiis.

Ocellata.

Ocellata. FABR. S. Ent. n. 11.

Viridi-nitens, elytris tridentatis, maculis duabus aureis ocellarique flava.

Tab. VI. f. 10. Habitat in Indiis.

9-*maculata.* FABR. Mant. I. p. 179. n. 36.

Elytris ferratis nigra, fronte puncto unico, thorace quatuor, elytris tribus flavis.

Tenebrionis. FABR. S. Ent. n. 29. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 16.

67. CICINDELA. *Palpi* fex filiformes: *poſtici* villoſi. *Labium* corneum, tridentatum. *Antennæ* ſetaceæ.

Hybridæ. FABR. S. Ent. n. 2. varietas?

Subpurpuraſcens, elytris faſcia lunulisque duabus albis.

Tab. VI. f. 12. Habitat in Europæ fabuloſis.

Capenſis. FABR. S. Ent. n. 5.

Subænea, elytris albis, linea fuſca triramoſa.

Tab. VI. f. 11. Habitat ad Caput B. Spei.

Ni obſtaret citatum FABRICII ipſius, hanc potius pro *Catena* FABR. haberem.

68. ELAPHRUS. *Palpi* fex filiformes. *Labium* rotundatum, acuminatum, integrum. *Antennæ* ſetaceæ.

Riparius. FABR. S. Ent. n. 1.

Viridi-æneus, elytris punctis latis excavatis.

Tab. VI. f. 13. Habitat in Europæ humentibus.

69. HYDROPHILUS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, ſubemarginatum. *Antennæ* clava perfoliata.

Piceus. FABR. S. Ent. n. 1.

Niger, ſterno canaliculato, poſtice ſpinoſo.

Tab. VI. f. 18. Habitat in Europæ aquis, piſcibus infeſtus.

70. DYTISCUS. *Palpi* fex filiformes. *Labium* corneum, truncatum, integrum. *Antennæ* ſetaceæ.

Latiſſimus. FABR. S. Ent. n. 1. V. SYST. LINN. Tab. VI. f. 19.

71. GYRINUS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* cornea, unidentata, acutiſſima. *Labium* emarginatum. *Antennæ* cylindricæ.

Natator. FABR. S. Ent. n. 1. V. SYST. LINN. Tab. II. f. 10.

72. CARABUS. *Palpi* fex articulo ultimo obtuſo truncato.

* *Majores.*

Granulatus. FABR. S. Ent. n. 14.

Apterus, nigricans, elytris æneis, ſtriatis, interjectis punctis elevatis, longitudinalibus.

Tab. VII. f. 2. Habitat in Europa.

Nitens. FABR. S. Ent. n. 17.

Apterus, elytris porcatis, ſcabris, viridibus, margine aureo.

Tab. VII. f. 3. Habitat in Europæ ſylvis.

Sycophanta. FABR. S. Ent. n. 20.

Alatus, violaceo-nitens, elytris aureis, ſtriatis.

Tab. VII. f. 1. Habitat in Europa.

** *Minores.*

Bimaculatus. FABR. S. Ent. n. 36.

Niger, capite thoracis maculis duabus, elytrisque puncto baſeos faſciaque media ferrugineis.

Tab. VII. f. 5. Habitat in India orientali.

Crux minor. FABR. S. Ent. n. 56.

Thorace orbiculato, rufo, coleoptris apice nigris: macula rufa.

Tab. VII. f. 6. Habitat in Anglia. D. *Lee.*

73. SCARITES. *Palpi* ſex filiformes. *Labium* corneum, dentatum. *Antennæ* moniliformes.

Subterraneus. FABR. S. Ent. n. 1.

Ater, pedibus anticis palmato-digitatis, capite fulcato.

Tab. VII. f. 4. Habitat in America.

74. SEPIDIUM. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* brevis unidentata. *Labium* corneum, breve, ad baſin emarginatum. *Antennæ* filiformes.

Reticulatum. FABR. Sp. Inſ. I. 315. n. 8.

Thoracis lateribus angulatis, elytris reticulatis.

Tab. XXXIV. f. 29. Habitat ad Cap. B. Spei. *Muſ. Dom. Banks.*

75. PIMELIA. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* unidentata. *Labium* membranaceum, rotundatum, emarginatum. *Antennæ* filiformes, apice moniliformes.

Unicolor. FABR. Sp. Inſ. I. 316. n. 2.

Glabra, nigra, elytris immaculatis.

Tab. VII. f. 7. Habitat ad Cap. B. Spei.

76. SCAURUS. *Palpi* inæquales, filiformes. *Maxilla* obconica, unidentata. *Labium* corneum, integrum. *Antennæ* moniliformes.

Atratus. FABR. S. Ent. n. 1. Habitat in Aegypto. Figura caret.

77. MANTICORA. *Palpi* quatuor filiformes. *Labium* corneum trifidum. *Antennæ* filiformes, articulis cylindricis.

Maxilloſa. FABR. S. Ent. n. 1.

Nigra, elytris ſcabris, tuberculis conicis hirſutis.

Tab. XXXIV. f. 30. Habitat ad Cap. B. Spei. *Muſ. Dom. Banks.*

78. BLAPS. *Palpi* quatuor clavati. *Maxilla* recta bifida. *Labium* membranaceum, fiſſum. *Gages.* FABR. S. Ent. n. 1. *Tenebrio.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. VII. f. 9.

79. TENEBRIO. *Palpi* quatuor inæquales: *antici* ſubclavati: *poſtici* filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* truncatum, integrum. *Antennæ* moniliformes.

Molitor. FABR. S. Ent. n. 2.

Oblongus, piceus, elytris ſtriatis.

Tab. XXXIV. f. 31. Habitat in farina piſtorum, pane ſicco.

80. HELOPS. *Palpi* quatuor inæquales: *antici* fecuriformes, *poſtici* clavati. *Labium* corneum, integrum. *Antennæ* filiformes.

Lanipes. FABR. S. Ent. n. 2.

Aeneus, elytris ſtriatis, acuminatis.

Tab. XXXIV. f. 32. Habitat in Germania.

81. ERODIUS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* cornea, bifida, truncata. *Labium* corneum, emarginatum. *Antennæ* moniliformes.

Teſtudinarius. FABR. Sp. Inſ. I. 326. 1.

Gibbus ater, elytris connatis ſcabris, lateribus pulverulento albis.

Tab. XXXIV. f. 33. Habitat ad Cap. B. Spei. *Muſ. Dom. Banks.*

82. MELOE. *Palpi* quatuor ſubfiliformes. *Maxilla* recta, bifida. *Labium* corneum emarginatum. *Antennæ* moniliformes.

Proſcarabæus. FABR. S. Ent. n. 1. V. SYST. LINN. Tab. VII. f. 10.

83. LYTTA. *Palpi* quatuor inæquales: *poſtici* clavati. *Maxilla* bifida. *Labium* truncatum. *Antennæ* filiformes.

Dubia. FABR. Sp. Inſ. I. 329. 9.

Atra, capitis vertice fulvo, thorace elytrisque immaculatis.

Tab. VII. f. 12. Habitat in Sibiria.

84. MYLABRIS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* cornea, compreſſa, bifida. *Labium* membranaceum, ſubemarginatum. *Antennæ* moniliformes.

Cichorei. FABR. S. Ent. n. 2.

Nigra, elytris flavis, faſciis tribus nigris.

Tab. VII. f. 11. a. *Eadem* orientalis. Habitat in Cichoreis.

85. CEROCOMA. *Palpi* æquales filiformes. *Maxilla* linearis, integra. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennæ* moniliformes, irregulares.

Schæfferi. FABR. S. Ent. n. 1.

Viridis, antennis pedibusque luteis.

Tab. VII. f. 13. b. Antenna maris, c. feminæ, lente aucta. Habitat in Europa auſtraliori.

86. MORDELLA. *Palpi* quatuor inæquales: *antici* clavati: *poſtici* filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennæ* moniliformes.

Perlata NOBIS.

Atra nitens, tomentoſa, thorace et ſcutello marginato faſciculis villoſis albo-cyaneis, elytris punctis quatuor villoſis albo-cyaneis.

Tab. VII. f. 14. Habitat in Rhætia.

Abdominalis. FABR. S. Ent. n. 8.

Ano aculeato, nigra, thorace abdomineque fulvis.

Tab. VII. f. 15. Habitat in Germania.

87. STAPHYLINUS. *Palpi* quatuor filiformes. *Maxilla* unidentata. *Labium* membranaceum, trifidum. *Antennæ* moniliformes.

Hirtus. FABR. S. Ent. n. 1.

Hirſutus, niger, thorace abdomineque poſtice flavis.

Tab. VII. f. 16. Habitat in locis arenoſis Europæ.

88. OXYPORUS. *Palpi* quatuor inæquales: *antici* filiformes: *poſtici* ſecuriformes. *Labium* emarginatum cum mucrone. *Antennæ* moniliformes.

Analis. FABR. Mant. I. 222. n. 3.

Flavus, elytris baſi anoque atris.

Tab. XXXIV. f. 34. Habitat Kiliæ.

89. PAEDERUS. *Palpi* quatuor inæquales: *antici* clavati: *poſtici* filiformes. *Labium* lineare, integrum. *Antennæ* moniliformes.

Riparius. FABR. S. Ent. n. 1.

Rufus, elytris cœruleis, capite abdominisque apice nigris.

Tab. XXXIV. f. 35. Habitat in Europa.

U L O N A T A.

Os maxillis palpisque. E. g. ACHETA *Gryllotalpa.* Tab. XXXVII. Litt. B. Fig. 1.

Palpi quatuor, veſiculoſi, porrecti, filiformes, obtuſi: anteriores inſidentes maxillæ dorſo, poſteriores labio.

Clypeus horizontalis, membranaceus, rotundatus, os ſuperne tegens.

Mandibulæ duæ, transverſales, corneæ, mobiles, dentatæ, latera oris ſuperne includentes.

Maxillæ duæ, liberæ, transverſales, acutæ et ſæpius dentatæ aut fiſſæ latera oris inferne includentes.

Galea maxillam tegens, cylindrica, inarticulata, veſiculoſa, obtuſa maxillæ dorſo inſerta.

Labium porrectum, liberum, membranaceum, ſemper apice fiſſum.

Antennæ inter oculos inſertæ.

Fig. 2. Palpi anteriores, cum maxilla et galea in medio.

- 3. Mandibula.
- 4. Labium ſuperius ſ. Clypeus.
- 5. Labium (inferius) in 4 partes diviſum, palpique poſteriores huic lateraliter inſidentes.

90. FORFICULA. *Palpi* inæquales, filiformes. *Labium* triſidum. *Antennæ* ſetaceæ.

Auricularia. FABR. S. Ent. n. 1. V. SYST. LINN. Tab. VII. f. 17.

91. BLATTA. *Palpi* inæquales, filiformes. *Labium* bifidum: laciniis fiſſis, pinnis inæqualibus. *Antennæ* ſetaceæ.

Surinamenſis. FABR. S. Ent. n. 3. V. SYST. LINN. Tab. VIII. f. 1.

Petiveriana. FABR. S. Ent. n. 11.

Nigra, elytris maculis quatuor flaveſcentibus.

Tab. XI. f. a. b. Habitat in India.

Orientalis. FABR. S. Ent. n. 12. V. SYST. LINN. Tab. VIII. f. 2.
Lapponica. FABR. S. Ent. n. 14. V. SYST. LINN. Tab. VIII. f. 3.

92. MANTIS. *Palpi* ſubæquales, filiformes. *Labium* bifidum: laciniis fiſſis, pinnis æqualibus. *Antennæ* ſetaceæ.
Oratoria. FABR. S. Ent. n. 14. var. β. *Religioſa* LINN.
Thorace lævi ſubcarinato, elytrisque viridibus immaculatis.
Tab. VIII. f. 4.
Pagana. FABR. S. Ent. n. 20.
Alis reticulatis, albis: macula laterali ferruginea, manibus chelatis.
Tab XXV. f. 10. Habitat in Orleans Galliæ.

93. ACRYDIUM. *Palpi* æquales, filiformes. *Labium* ovatum, apice fiſſum. *Antennæ* filiformes.
2-punctatum. FABR. S. Ent. n. 1. *Gryllus.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. VIII. f. 6.
Subulatum. FABR. S. Ent. n. 2. *Gryllus.* LINN. V. SYST. LINN. Tab. VIII. f. 7.
a. *Idem* lente auctum.

94. TRUXALIS. *Palpi* filiformes. *Labium* bifidum; laciniis æqualibus. *Antennæ* enſiformes.
Naſutus. FABR. S Ent. n. 1. *Gryllus* LINN. V. SYST. LINN. Tab. VIII. f. 5.

95. ACHETA. *Palpi* inæquales, filiformes. *Labium* quadrifidum. *Antennæ* ſetaceæ.
Gigas. SULZ.
Caſtanea, alis caudatis, thorace marginato, abdomine ſtylis duobus ſimplicibus, tibiis ſpinoſis.
Tab. VIII. f. 8. Habitat in America.
An *affinilis* FABR. S. Ent. n. 3? Noſtra quidem colore differt, ſed quum, affirmante Sulzero, mas hujus obſcuriorem colorem habeat, cæteraque ad Fabricii deſcriptionem affimilis quadrent, vix ac ne vix mihi perſuadeo hanc Fabricianam ſpeciem eſſe poſſe.

96. LOCUSTA. *Palpi* inæquales, filiformes. *Maxilla* apice tridentata. *Labium* bifidum: laciniis ſeta ſubulata. *Antennæ* ſetaceæ.
Acuminata. FABR. S. Ent. n. 13. *Gryllus* LINN. V. SYST. LINN. Tab. IX. f. 1.
Varia FABR. S. Ent. n. 24.
Thorace viridi, flavo, lineato, fronte acuminata, antennis longiſſimis.
Tab. VIII. f. 9. Habitat in Helvetia. Lipſiæ.
Tab. IX. f. 2. videtur ſingularis cujusdam Locuſtæ Larva eſſe, cum alis atque elytris penitus deſtituatur. Lecta fuit in Sicilia.

97. GRYLLUS. *Palpi* æquales filiformes. *Labium* rotundatum, bifidum, laciniis rotundatis. *Antennæ* filiformes.
Punctatus. FABR. Sp. Inſ. I. 364. n. 14.
Thorace verrucoſo, elytris atris flavo punctatis, alis atris.
Tab. IX. f. 3. Habitat in India orientali.

Groſſus. FABR. S. Ent. n. 28 ?
Femoribus ſanguineis, elytris vireſcentibus, antennis cylindricis.
Tab. IX. f. 4. Habitat in Europæ arenoſis.
SULZERO, haud ita male, nova ſpecies, quæ GRYLLUS *variegatus* illi audit.

SYNISTATA.

Tab. XXXVII. LINN. C.

Os maxillis palpisque.
Palpi quatuor, porrecti, cornei: anterioribus inſidentibus maxillæ, poſterioribus labio.
Clypeus corneus, rotundatus, horizontalis, os ſuperne tegens.
Mandibulæ duæ, transverſales, corneæ, mobiles, acutæ, ſæpius dentatæ, latera oris ſuperne includentes.
Mandibulæ nullæ Ephemeris proprium.
Maxillæ duæ, transverſales, membranaceæ, cum labio baſi connatæ, latera oris inferne includentes.
Maxillæ ſæpius porrectæ, elongatæ, inflexæ, lacinias exteriores linguæ conſtituentes.
Labium porrectum, membranaceum, interdum inflexum, in lacinias linguæ interiores elongatum.
Antennæ inter oculos inſertæ.

Fig. 1. Os maxillis palpisque 6.
- 2. Os maxillis, palpis 4, labio et ſetis.
- 3. Mandibula.
- 4. Labium ſuperius, ſeu clypeus.
- 5. Palpi cum maxilla et labio.
- 6. Palpus anterior adhærens maxillæ flexuræ.

98. MONOCULUS. *Palpi* quatuor: *poſtici* auriformes. *Antennæ* ſæpius fiſſæ.
Pulex. FABR. S. Ent. n 4. V. SYST. LINN. Tab. XXX. f. 10. c. *Idem* lente auctus.
Pediculus. FABR. S. Ent. n. 5. V. SYST. LINN Tab. XXX. f. 8. a. *Idem* lente auctus.
Quadricornis. FABR. S. Ent. n. 6. V. SYST. LINN. Tab. XXX. f. 9. b. *Idem* lente auctus.
99. ONISCUS. *Palpi* inæquales: *poſtici* longiores. *Maxilla* truncata, denticulata. *Labium* bifidum.
Aquaticus. FABR. S. Ent. n. 6.
Cauda rotundata: ſtylis bifurcis, antennis quaternis.
Tab. XXX f. 12. Habitat in aquis Europæ.
Phyſodes. FABR. S. Ent. n. 12.
Abdomine ſubtus nudo, cauda ovata, antennis quaternis.
Tab. XXX. f. 11. Habitat in Oceano, Terra del Fuego

Armadillo. FABR. S. Ent. n. 19. V. SYST. LINN. Tab. XXX. f. 13.

100. LEPISMA. *Palpi* quatuor inæquales. *Labium* membranaceum, rotundatum emarginatum. *Antennæ* ſetaceæ.

Polypoda. FABR. S. Ent. n. 2.

Saltatoria, cauda triplici, abdominis ſegmentis ſubtus utrinque villoſis.

Tab. XXIX. f. 1. Habitat in littoribus Europæ lapidoſis.

101. PODURA. *Palpi* quatuor ſubclavati. *Labium* bifidum. *Antennæ* filiformes.

Villoſa. FABR. S. Ent. n. 9. V. SYST. LINN. Tab. XXIX. f. 2. a. *Eadem* lente aucta.

102. EPHEMERA. *Mandibulæ* omnino nullæ. *Antennæ* breves filiformes.

* *Cauda triſeta.*

Lutea. FABR. S. Ent. n. 2. V. SYST. LINN. Tab. XXIV. f. 6.

** *Cauda biſeta.*

Biocnlata. FABR. S. Ent. n. 6. ?

Cauda biſeta, alis albis, reticulatis, capite tuberculis duobus luteis.

Tab. XXIV. f. 7. Habitat in Europæ aquis.

103. SEMBLIS. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum. *Antennæ* filiformes.

Bicaudata. FABR. S. Ent. n. 2.

Cauda biſeta: ſetis longitudine corporis.

Tab. XXIV. f. 8. Habitat in Europæ aquis.

104. PHRYGANEA. *Maxillæ* totæ connatæ cum labio. *Antennæ* ſetaceæ.

Grandis. FABR. S. Ent. n. 6.

Alis fuſco teſtaceis, cinereo-maculatis.

Tab. XXIV. f. 9. Habitat in Europæ aquis.

Nigra. FABR. S. Ent. n. 9 ?

Alis nigris antennis longiſſimis.

Tab. XXIV. f. 10.

11. Eadem lente aucta. Habitat in Helvetia.

Plumoſa ſpecies iſta *Sulzero* audit: *nigram* FABRICII eſſe ſuſpicor, propter citatum GEOFFROÆ ibidem allatum.

Gibboſa. SULZ.

Alis hyalinis, corpore flavo nigro-annulato, antennis longiſſimis, thorace gibbo.

Tab. XXIV. f. 12.

13. Eadem lente aucta. Habitat in Helvetia.

105. HEMEROBIUS. Maxilla recta apice fiſſa. *Labium* corneum fornicatum. *Antennæ* ſetaceæ.

Chryſops. FABR. S. Ent. n. 4.

Viridi nigroque varius, alis hyalinis, maculis reticulatis.

Tab. XXV. f. 1. Habitat in Europa.

Phalænoides. FABR. S. Ent. n. 5.

Teſtaceus, alis baſi mucronatis, poſtice exciſis.

Tab. XXV. f. 2. Habitat in Europa.

Pulſatorius. FABR. S. Ent. n. 13.
Apterus, ore rubro, oculis luteis.
Tab. XXIX. f. 3.
b. Idem, lente auctus. Habitat in Europa.

106. TERMES. *Labium* corneum, quadrifidum: laciniis linearibus acutis. *Antennæ* moniliformes.
Deſtructor. FABR. Mant. I. p. 248. n. 2.
Supra teſtaceum, capite atro, antennis flavis.
Tab. XXXV. f. 1. Habitat in Indiis.

107. MYRMELEON. *Palpi* ſex inæquales: *poſtici* multo longiores: articulis ultimis duobus extrorſum craſſioribus. *Antennæ* extrorſum craſſiores.
Libelluloides. FABR. S. Ent. n. 1.
Alis griſeis fuſco maculatis corpore nigro flavoque variegato.
Tab. XXV. f. 3. Habitat ad C. B S.

108. ASCALAPHUS *Palpi* ſex, ſubæquales filiformes. *Antennæ* elongatæ, clavatæ.
Italicus. FABR. Sp. Inſ. I. p. 400. n. 2.
Alis anticis hyalinis, macula duplici baſeos flava, poſticis flavis baſi atris.
Tab. XXV. f. 4. Habitat in Italia.

109. PANORPA. *Os* porrectum, corneum. *Maxilla* bifida, truncata. *Antennæ* filiformes.
Communis. FABR. S. Ent. n. 1.
Alis æqualibus, nigro maculatis.
Tab. XXV. f. 5. mas. 6. fœmina. Habitat ubique.
Tipularia. FABR. S. Ent. n. 4.
Alis immaculatis, abdomine falcato, pedibus longiſſimis.
Tab. XXV. f. 7. 8. Habitat in Italia.

110. RAPHIDIA. *Maxilla* cornea, integra. *Labium* breve, corneum. *Antennæ* filiformes.
Ophiopſis. FABR. S. Ent. n. 1.
Thorace cylindrico.
Tab. XXV. f. 9. Habitat in Europæ pinetis.
Quæ olim R. *Mantiſpa* fuerat, nunc ab ipſo Fabricio ad Mantes relata, *paganæ* nomine. V. ſupra, p. 53.

111. CYNIPS. *Palpi* quatuor inæquales, ſubcapitati. *Labium* corneum, integrum. *Antennæ* moniliformes.
Quercus folii. FABR. S. Ent. n. 4.
Nigra, thorace lineato, pedibus griſeis, femoribus ſubtus nigris.
Tab. XXVI. f. 1.
2. Abdomen fœminæ cum aculeo exſerto, lente auctum.
3. Galla perfecta. Habitat in gallis foliorum quercus.

112. TEN-

112. TENTHREDO. *Palpi* quatuor filiformes. *Labium* trifidum. *Antennæ* clavatæ aut filiformes.

* *Antennis clavatis.*

Femorata. FABR. S. Ent. n. 1.

Antennis clavatis, luteis, corpore atro, femoribus poſticis maximis.

Tab. XXVI. f. 4. Habitat in Europæ alnetis.

** *Antennis exarticulatis extrorſum craſſioribus.*

Uſtulata. FABR. Sp. Inſ. I. p. 407. n. 11.

Antennis clavato filiformibus exarticulatis, corpore nigro, abdomine cœruleſcente, tibiis pallidis.

Tab. XXXV. f. 2. Habitat in Europæ roſa canina.

*** *Antennis pectinatis.*

Juniperi. FABR. S. Ent. n. 10.

Antennis pennatis, obtuſis, thorace glabro.

Tab. XXVI. f. 5.

6. Antenna maris lente aucta. Habitat in Junipero Europæ.

**** *Antennis filiformibus, articulis* 7 - 9.

Atra. FABR. S. Ent. n. 23.

Antennis ſeptemnodiis, corpore atro, pedibus rubris.

Tab. XXVI. f. 7. Habitat in Europa.

Cincta. FABR. S. Ent. n. 24.

Antennis ſeptemnodiis, nigra, abdominis cingulo tibiisque flavis.

Tab. XXVI. f. 8. Habitat in Europa.

Ruſtica. FABR. Sp. Inſ. I. p. 413. n. 35.

Antennis ſeptemnodiis nigra, abdomine cingulis tribus flavis, poſticis duobus interruptis.

Tab. XXXV. f. 3. Habitat in Europæ caprifolio.

***** *Antennis ſetaceis articulis plurimis.*

Erythrocephala. FABR. S. Ent. n. 33.

Antennis ſetaceis, corpore cœruleo, corpore rubro.

Tab. XXXV. f. 4. Habitat in pino ſylveſtri.

113. SIREX. *Palpi* quatuor, *poſtici* longiores extrorſum craſſiores. *Antennæ* ſetaceæ.

Juvencus FABR. S. Ent. n. 4.

Abdomine atro, cœruleſcente, thorace unicolore villoſo.

Tab. XXVI. f. 9. fœmina.

— 10. mas. Habitat in ſylvis.

114. ICHNEUMON. *Labium* cylindricum, apice membranaceum, emarginatum, medio palpigerum. *Antennæ* ſetaceæ.

* *Scutello albido, antennis albo annulatis.*

Sugillatorius. FABR. S. Ent. n. 1.

Scutello flavicante, thorace immaculato, abdomine atro: segmentis duobus utrinque puncto albo.

Tab. XXVI. f. 11. Habitat in Europa.

** *Scutello albo antennis nigris totis.*

Perfuaforius. FABR. S. Ent. n. 22.

Scutello albo, thorace maculato, abdominis segmentis omnibus utrinque punctis duobus albis.

Tab. XXVI. f. 12. fœmina.

13. mas. Habitat in Europa.

*** *Scutello thorace concolore, antennis fascia annulatis.*

Comitator. FABR. S. Ent. n. 34.

Ater totus, antennis fascia alba.

Tab. XXVI. f. 14. Habitat in Europa.

**** *Scutello thorace concolore, antennis nigris totis.*

Denigrator. FABR. S. Ent. n. 48.

Ater, alis nigris: lunula hyalina, abdomine coccineo.

Tab. XXVI. f. 16. Habitat in Europa.

Pugillator. FABR. S. Ent. n. 70.

Thorace immaculato, abdomine falcato, rufo, basi apiceque nigro, pedibus tenuibus, ferrugineis.

Tab. XXVI. f. 14. Habitat in Phalænæ ziczac larva.

***** *Antennis luteis.*

Luteus. FABR. S. Ent. n. 75.

Luteus, thorace striato, abdomine falcato.

Tab. XXXV. f. 5. Habitat in Europæ larvis: nova Zelandia: Hollandia.

****** *Minuti. Antennis filiformibus, abdomine ovato sessili.*

Globatus. FABR. S. Ent. n. 94.

Niger, pedibus ferrugineis.

Tab. XXXV. f. 6. Habitat in Europa.

115. EVANIA. *Palpi* quatuor inæquales: *postici* incurvi articulo tertio quadrato. *Labium* conicum, apice membranaceum, integrum. *Antennæ* setaceæ.

Appendigaster. FABR. S. Ent. n. 1.

Atra, abdomine petiolato, brevissimo, dorso thoracis impositio.

Tab. XXXV. f. 7. Habitat in Europa australi, C. B. S. etc.

116. CHALCIS. *Palpi* quatuor æquales. *Antennæ* breves, cylindricæ, fere fusiformes: articulo primo subcrassiori.

Sispes. FABR. Mant. Inf. I. p. 272. n. 1.

Nigra, abdominis petiolo femoribusque posticis incrassatis flavis.

Tab. XXVII. f. 1. Habitat in Europa australiori, Helvetia.

117. SPHEX. *Os* lingua inflexa, trifida. *Labium* emarginatum utrinque feta inſtructum. *Antennæ* filiformes.

* *Abdomine petiolato.*

Spirifex. FABR. S. Ent. n. 11.

Atra, thorace hirto, immaculato, petiolo uniarticulato, flavo, longitudine abdominis.

Tab. XXVII. f. 2. Habitat in Europa auſtrali, Helvetia.

** *Abdomine ſeſſili.*

Viatica. FABR. S. Ent. n. 20.

Nigra, pubeſcens, alis fuſcis, abdomine antice ferrugineo: cingulis nigris.

Tab. frontiſpicii fig. 5. Habitat in Europæ ſabuletis.

118. TIPHIA. *Maxilla* membranacea, rotundata. *Labium* breve, corneum, tridentatum, medio palpigerum. *Antennæ* fuſiformes.

Radula. FABR. S. Ent. n. 5?

Nigra, hirta, thorace antice rufeſcente, abdominis ſegmento ſecundo tertioque flavis.

Tab. XXVII. f. 4. Habitat in Sicilia, (novâ Hollandia *Fabr.*)

119. SCOLIA. *Os* lingua inflexa, trifida. *Labium* porrectum, apice membranaceum, integrum medio palpigerum. *Antennæ* filiformes.

Flavifrons. FABR. S. Ent. n. 3.

Atra, fronte flava, abdomine maculis quatuor flavis.

Tab. XXVII. f. 3. Habitat in Italia.

120. CHRYSIS. *Labium* porrectum, maxilla lineari multo longius, apice membranaceum, emarginatum. *Antennæ* filiformes.

Calens. FABR. Sp. Inſ. I. p. 455. n. 3.

Cœrulea, nitida, abdomine aureo, ano quadridentato cœruleo.

Tab. XXVII. f. 7. Habitat noſtra Locarni Helvetiorum.

Si patriam excipias, convenit hæc noſtra utique cum Fabriciana. Sed etiam cum *nitidula* FABR. convenit, cui *Americam* patriam FABRICIUS, ill. FORSTER *Hiſpaniam* tribuit. Eſt nempe procul omni dubio *Chryſis cyanura* FORST. nov. Spec. Inſ. Cent. I. 89.

Viridula. LINN. Tab. XXVII. f. 8. V. SYST. LINN.

121. THYNNUS. *Os* lingua breviſſima, involuta. *Labium* trifidum: lacinia intermedia emarginata. *Antennæ* filiformes.

Dentatus. FABR. S. Ent. n. 1.

Abdomine atro: ſegmento ſecundo, tertio quartoque punctis duobus albis.

Tab. XXXV. f 8. Habitat in nova Hollandia.

122. LEUCOSPIS. *Palpi* quatuor æquales, breves. *Labium* maxilla longius, emarginatum. *Antennæ* clavatæ.

Dorſigera. FABR. S. Ent. n. 1.

Abdomine feſſili nigro: faſciis duabus punctoque flavis.
Tab. XXVII. f. 11.
a. Pes poſterior, lente auctus. Habitat in Helvetia, Gallia, Italia.

123. BEMBEX. *Os* lingua inflexa quinquefida. *Labium* porrectum os involvens. *Antennæ* filiformes.

Signata. FABR. S. Ent. n. 1.
Labio ſuperiori rotundato, integro, corpore nigro flavoque vario.
Tab. XXVII. f. 9. Habitat in America.

Roſtrata. FABR. S. Ent. n. 3.
Labio ſuperiori conico, fiſſo, abdomine atro, faſciis glaucis, repandis.
Tab. XXVII. f. 10. Habitat in Europæ monticulis arenoſis.

124. VESPA. *Labium* porrectum, maxilla longius, emarginatum, utrinque ſeta inſtructum. *Antennæ* extrorſum craſſiores.

Cincta. FABR. S. Ent. n. 1.
Nigra, thorace obſcure maculato, abdomine atro: faſcia ferruginea.
Tab. XXVII. f. 5. Habitat ad Cap. bonæ ſpei.

Rufa. FABR. S. Ent. n. 10?
Thorace utrinque lineola, ſcutello bipunctato, abdomine flavo, antice ferrugineo.
Tab. XXVII. f. 13. Habitat in Europa.

Coarctata. FABR. S. Ent. n. 39.
Abdominis primo ſegmento infundibuliformi, ſecundo campanulato, maximo.
Tab. XXVII. f. 12. Habitat in Europæ hortis.

125. CRABRO. *Palpi* quatuor articulis compreſſis, rhomboidalibus. *Labium* breve corneum, apice palpigerum. *Antennæ* filiformes.

Cribrarius. FABR. S. Ent. n. 6.
Niger, abdomine faſciis flavis: intermediis interruptis, tibiis anticis clypeis concavis.
Tab. XXVII. f. 6. Habitat in Europæ floribus.

126. ANDRENA. *Os* lingua trifida. *Labium* cylindricum, maxilla longius: utrinque ſetis duabus membranaceis. *Antennæ* filiformes.

Helvola. FABR. S. Ent. n. 3?
Thorace ferrugineo, abdomine cineraſcente.
Tab. XXVII. f. 18. Habitat in Europa.

127. APIS. *Os* lingua inflexa, quinquefida. *Palpi* breviſſimi. *Antennæ* filiformes.

Lagopoda. FABR. S. Ent. n. 27.
Griſea, pedibus anticis dilatato-ciliatis, tibiis poſticis clavatis, ano emarginato.
Tab. XXVII. f. 17. Habitat in Europa.

Rufa. FABR. S. Ent. n. 39.
Fuſca, abdomine rufeſcente, fronte alba.
Tab. XXVII. f. 15. Habitat in Europa frequens.
Dentata. FABR. S. Ent. n. 47.
Viridis, nitida, alis nigris, femoribus poſticis dentatis.
Tab. XXVII. f. 16. Habitat in America.
Tumulorum. FABR. S. Ent. n. 57.
Antennis filiformibus, longitudine corporis nigri, maxillis flavis.
Tab. XXVII. f. 14. Habitat in Europa.

128. NOMADA. *Os* lingua inflexa, trifida. *Palpi* quatuor inæquales. *Poſtici* linguæformes articulo ſecundo longiſſimo. *Antennæ* filiformes.
Hiſtrio. FABR. S. Ent. n. 1.
Thorace, abdomine pedibusque albo nigroque variis, ſcutello emarginato.
Tab. XXXV. f. 9. Habitat in India orientali. Nova Hollandia.

129. FORMICA. *Palpi* quatuor inæquales, articulis cylindricis. *Labium* ſubmembranaceum, cylindricum, apice palpigerum. *Antennæ* filiformes.
Cæſpitum. FABR. S. Ent. n. 14.
Nigra, abdominis petiolo binodi, ſcutello bidentato.
Tab. XXVII. f. 20, 21, 22. Habitat in Europæ pratis ſiccioribus, ſub muſcis.
Bihamata. FABR. S. Ent. n. 21.
Thorace quadriſpinoſo, ſquama petiolari ſpinis duabus arcuatis.
Tab. XXVII. f. 19. Habitat in Inſula St. Johannis Indiæ.

130. MUTILLA. *Palpi* quatuor articulis obconicis. *Labium* porrectum, corneum, obconicum, apice palpigerum. *Antennæ* filiformes.
Europæa. FABR. S. Ent. n. 7.
Nigra, thorace rufo, abdominis ſegmentis margine albis.
Tab. XVII. f. 23, alata.
24. aptera. Habitat in Europa auſtrali.

A G O N A T A.

Tab. XXXVII. Lin. D. (Aſtacus *fluviatilis.*)

Os mandibulis palpisque absque maxillis.
Palpi 6 inæquales, filiformes.
Anterioribus 4 longioribus baſi bifidis, apice incurvis, os obtegentibus.
Clypeus brevis corneus, rotundatus, vix ſupra os exſertus.
Mandibulæ 2 transverſæ, corneæ, craſſæ; dorſo palpigeræ.
Maxillæ nullæ.
Labium triplex, membranaceum, rotundatum, diviſum.
Antennæ 4 ſub oculis inſertæ.

Fig. 1. Caput (Aſtaci *fluviatilis*) cum ore et antennis, inferne viſum.
- 2. Mandibula cum palpo poſtico.
- 3. Labium interius.
- 4. medium.
- 5. exterius.
- 6. Palpus medius.
- 7. exterior.

131. CANCER. *Antennæ* quatuor, breves, filiformes: articulo ultimo bifido.

* *Thorace lævi: lateribus integerrimis.*

Grapſus. FABR. Mant. Inſ. I. p. 314. 2.

Thorace lævi. integerrimo, roſtro deflexo ante apicem quadridentato, corpore variegato.

Tab. XXXIII. f. 1. Habitat in Americæ meridionalis Inſulis.

Pinnophylax. FABR. S. Ent. n. 12.

Thorace orbiculato, inæquali, ciliato, pedibus dorſalibus quatuor.

Tab. XXXIII. f. 4. Habitat in America, ſed non intra Chamam Lazarum.

** *Thorace lævi, lateribus inciſis.*

Rhomboides. FABR. S. Ent. n. 19.

Thorace lævi: lateribus antice uniſpinoſis, fronte truncata.

Tab. XXXI. f. 2. Habitat in mari mediterraneo.

Nucleus. FABR. S. Ent. n. 23.

Thorace lævi, globoſo, antice utrinque unidentato, poſtice roſtroque bidentato.

Tab. XXXI. f. 3. Habitat in mari mediterraneo.

*** *Thorace ſupra hirto aut ſpinoſo.*

Maſcaronius. FABR. Mant. Inſ. I. p. 323. 60.

Thorace ſublævi ovato mutico, roſtro bifido: lobis bidentatis.

Tab. XXXI. f. 1. Habitat in mari mediterraneo.

Punctatus. FABR. S. Ent. n. 40.

Thorace ovato, crenato: poſtice tridentato.

Tab. XXXIII. f. 3. Habitat in Aſia. America.

Maja. FABR. S. Ent. n. 45.

Thorace aculeato, manibus ventricoſis, ſpinoſis: digitis penicillato-hirſutis.

Tab. XXXI. f. 4. Habitat in Oceano norwegico.

132. PAGURUS. *Antennæ* quatuor pedunculatæ, *anticæ* ſetaceæ, *poſticæ* filiformes: articulo ultimo bifido.

Bernhardus. FABR. S. Ent. n. 2.

Paraſiticus, chelis muricatis: dextra majore.

Tab. XXXI. f. 5. Habitat in Oceano europæo, intra teſtas cochlearum.

Strigoſus. FABR. S. Ent. n. 10.

Thorace antrorſum rugoſo, ſpinis ciliato, roſtro acuto, ſeptemdentato.

Tab. XXXII. f. 1. Habitat in Oceano.

133. HIPPA. *Antennæ* duæ pedunculatæ, ſetaceæ pilis denſis ciliatæ.

Dorſipes. FABR. Mant. I. p. 329. n. 3.

Thorace glabro, antice truncato ſeptem dentato, manibus compreſſis: pollice falcato.

Tab. XXXIII. f. 2. Habitat in Oceano Indico auſtrali.

134. SCYLLARUS. *Antennæ* duæ filiformes: articulo ultimo bifido. *Squamæ* duæ arcuatæ loco poſticarum.

Arctus. FABR. S. Ent. n. 1.

Antennarum ſquamis ciliato aculeatis.

Tab. XXXII. f. 3. Habitat in Oceano Europæ, Aſiæ, Africæ, Americæ.

135. ASTACUS. *Antennæ* quatuor pedunculatæ, *anticæ* elongatæ, ſetaceæ, *poſticæ* fiſſæ.

Norwagicus. FABR. S. Ent. n. 12.

Antennis poſticis trifidis, thorace antrorſum aculeato, manibus priſmaticis: angulis ſpinoſis.

Tab. XXXIII. f. 5. Habitat in mari Norwegico.

Squilla. FABR. S. Ent. n. 13.

Antennis poſticis trifidis, thorace lævi, roſtro ſupra ſerrato, ſubtus tridentato, thoracis margine quinquedentato.

Tab. XXXII. f. 4.

136. SQUILLA. *Antennæ* quatuor ſubæquales: *anteriores* pedunculatæ, ſetaceæ: *poſticæ* pedunculatæ: pedunculo quadriarticulato, ſetaceæ, fiſſæ.

Mantis. FABR. Sp. Inſ. I. p. 514. n. 1.

Manibus adactylis compreſſis falcatis ſerrato-dentatis.

Tab. XXXII. f. 2. Habitat in Mari Aſiatico, Indico, mediterraneo.

137. GAMMARUS. *Antennæ* quatuor ſimpliciſſimæ pedunculatæ: *anticæ* breves ſubulatæ: *poſticæ* ſetaceæ.

Longicornis. FABR. Sp. Inſ. I. p. 516. n. 4.

Manibus adactylis, antennis corpore longioribus, cauda obtuſa.

Tab. XXXIII. f. 6. Habitat in Europæ oceano.

UNOGATA.

Tab. XXXVII. Lin. E.

Os maxillis palpisque.

Palpi 2 breves, ſæpius filiformes, interdum maxillæ infecti incumbentes, interdum palato inter mandibulas maxillasque adhærentes.

Clypeus horizontalis, corneus, rotundatus, os ſuperne tegens.

Mandibulæ 2 transverſales, corneæ, mobiles, breves, gibbæ, interdum concavæ, unguiculatæ, latera oris ſuperne includentes.

Maxillæ 2 transverſales, mobiles, membranaceæ, ſæpius unguiculatæ, latera oris inferne includentes.

Labium porrectum, liberum, os inferne claudens.

Antennæ breviſſimæ, filiformes, ſub oculis inſertæ.

Fig. 1. *Araneæ* mandibulæ.
- 2. - - palpi cum mandibulis, maxillis et labio.
- 3. - - palpi cum maxillis.
- 4. *Libellulæ* labii trifidi partes laterales.
- 5. - - pars medio oris ſita, definitu difficilis, *lingua* nobis dicta.
- 6. - - mandibula.
- 7. - - maxilla cum palpo, admodum male depicto et vix, niſi a peritis, diſtinguendo.
- 8. - - Os integrum ita ſitum, ut appareat labium inferius.

138. LIBELLULA. *Labium* trifidum: lacinia dorſali minutiſſima. *Antennæ* tenuiſſimæ filiformes.

4-punctata. FABR. Sp. Inſ. I. p. 520. n. 4.
Alis albis, poſticis baſi nigris linea flava, omnibus puncto atro, abdomine rotundato.
Tab. XXIV. f. 2. Habitat in America.

Cancellata. FABR. S. Ent. n. 12?
Alis baſi immaculatis, abdomine, dorſo, lateribusque interrupte luteis.
Tab. XXIV. f. 3. Habitat in Helvetia.

Pædemontana. FABR. Sp. Inſ. I. p. 522. n. 16?
Alis planis cinereis, faſcia apicis fuſca.
Tab. XXIV. f. 1. Habitat in Italia, Helvetia.

139. AESHNA. *Labium* trifidum, laciniis æqualibus, lateralibus truncatis, dentatis, intermedia emarginata, *Antennæ* tenuiſſimæ, filiformes.

Forcipata. FABR. S. Ent. n. 1.
Thorace nigro, characteribus variis flaveſcentibus, cauda unguiculata.
Tab. XXXV. f. 10. Habitat in Europa.

140. AGRION. *Labium* trifidum: laciniis exterioribus bifidis. *Antennæ* tenuiſſimæ filiformes.

Puella FABR. S. Ent. n. 2?
Alis erectis hyalinis.
Tab. XXIV. f. 5. Habitat in pratis Europæ paludoſis.

Colore admodum variat ſpecies iſta, ſed thorax *ſemper* lineas habet tres longitudinales nigras.

Lineares.

Linearis FABR. Sp. Inſ. I. p. 528. n. 5.
Alis reticulatis, abdomine longiſſimo.
Tab. XXIV. f. 4. Habitat in India.

141. JULUS. *Labium* crenatum, emarginatum. *Antennæ* moniliformes.
Terreſtris. FABR. S. Ent. n. 3.
Pedibus utrinque 100.
Tab XXX f. 15. Habitat in Europa.

142. SCOLOPENDRA. *Palpi* duo filiformes inter maxillas connati. *Labium* dentatum, fiſſum. *Antennæ* ſetaceæ.
Morſitans. FABR. S. Ent. n. 5.
Pedibus utrinque 20, oculis octo.
Tab. XXX. f. 14. Habitat in Indiis.

143. TROMBIDIUM. *Palpi* duo incurvi, apice acutiſſimo. *Labium* concavum maxillas recipiens. *Antennæ* ſetaceæ.
Aquaticum. FABR. S. Ent. n. 3
Abdomine ſanguineo, depreſſo, tomentoſo, poſtice obtuſo, aquaticus.
Tab. XXXV. f. 11. Habitat in Europæ aquis dulcibus.

144. ARANEA. *Palpi* duo incurvi maris clavati. *Labium* breve, apice rotundatum. *Antennæ* nullæ.
* *Oculis* : : : :
Extenſa. FABR. S. Ent. n. 1.
Abdomine longo, argenteo, vireſcente, pedibus longitudinaliter extenſis.
Tab. XXX. f. 6. Habitat in uliginoſis, ſylvaticis.
Nigrita. FABR. S. Ent. n. 5.
Atra, abdomine ſubtus punctis duobus teſtaceis.
Tab. XXXV. f. 12. Habitat Dresdæ.
** *Oculis* ·:::·
Globoſa. FABR. S. Ent. n. 6.
Nigra, abdominis lateribus ſanguineis.
Tab. XXXV. f. 13. Habitat in pratis Lipſienſibus.
*** *Oculis* ⁘
Argentata. FABR. S. Ent. n. 10. Fig. caret.
**** *Oculis* ⁘
Lævipes. FABR. Sp. Inſ. I. p. 539. n. 16.
Abdomine rhomboide depreſſo nigro maculato, pedibus extenſis variegatis.
Tab. XXX. f. 5. Habitat in Europæ muris.

***** *Oculis* : : :

Faſciata. FABR. S. Ent. n. 11.

Argentea, abdomine faſciis flaveſcentibus, pedibus fuſco annulatis.

Tab. XXIX. f. 15. Habitat in Inſula Madera FABR. Genevæ, Locarni SULZ.

Angulata. FABR. S. Ent. n. 12?

Abdomine ovato, antice lateribus angulato, acuto, thoracis centro excavato.

Tab. XXIX. f. 13. Habitat in arboribus.

Reticulata. LINN. S. N. n. 2. V. SYST. LINN. Tab. XXIX. f. 14.

Paluſtris. FABR. Sp. Inſ. I. p. 542. n. 31.

Fuſca, thorace abdomineque utrinque linea nivea.

Tab. XXX. f. 4. Habitat in paludibus cæſpitoſis.

Aquatica. FABR. S. Ent. n. 22?

Fuſca, abdomine ovato cinereo: dorſo fuſco, punctis duobus impreſſis.

Tab. XXX. f. 2. Habitat in Europæ aquis dulcibus. FABR. at noſtra, quamvis omnino ad *aquaticæ* Fabr deſcriptionem quadret, tamen nonniſi in ſubterraneis reperitur, hinc potius *ſubterranea* nuncupanda?

Etiam illa Tab. XXX. f 3. depicta, SULZERO olim *triquetra* dicta hic pertinere videtur: anceps autem hæreo, quum ejus oculorum ſitus, mihi ſit plane ignotus.

*** *** *Oculis* : : :

Saccata. FABR. S. Ent. n. 28.

Abdomine ovato, ferrugineo-fuſco.

Tab. XXXV. f. 14. Habitat in Europæ hortis.

*** **** *Oculis* : : :

Tarantula. FABR. S. Ent. n. 34.

Abdominis dorſo maculis trigonis nigris, pedibus nigro maculatis.

Tab. XXX. f. 1. Habitat in Europa auſtrali.

*** *** ** *Oculis* : : :

Avicularia. FABR. S. Ent. n. 35.

Thorace orbiculato, convexo: centro transverſe excavato.

Tab. XXXV. f. 15. Habitat in America.

*** *** *** *Oculis tantum ſenis* : : :

Longipes. FABR. Sp. Inſ. I. p. 545. n. 48??

Atra, abdomine cylindrico fuſco, punctis ſex impreſſis, pedibus longiſſimis.

Tab. XXIX. f. 12.

Certo certius credo *longipedem* hanc SULZERI a Fabriciana valde quidem differre, ſed tamen illi eſſe cognatam. Alio itaque nomine inſigpienda foret hæc noſtra.

† *Oculis* — — —

Sine dubio hic collocandas eſſe cenſuit illas Araneas Fabricius, quorum nec quantitas nec ſitus oculorum usquedum innotuit. Hinc *angulatam*, triquetram, et longipedem, de quibus valde adhuc dubito, huc referre poſſemus.

145. PHALANGIUM. *Palpi* duo porrecti incurvi. *Maxilla* ſuperior chelifera. *Antennæ* nullæ.

Cornutum. FABR. S. Ent. n. 3.

Abdomine depreſſo, maxilla conica aſcendente, palpis pediformibus.

Tab. XXIX. f. 10. Habitat in Europa, Anglia.

Caudatum. FABR. S. Ent. n. 5.

Chelis ramoſis, ano ſetifero.

Tab. XXIX. f. 11. Habitat in India orientali.

g. Palpus ejusdem lente auctus.

146. SCORPIO. *Palpi* duo porrecti, cheliferi. *Labium* bifidum. *Antennæ* nullæ.

Americanus. FABR. S. Ent. n. 3.

Pectinibus 14 dentatis, manibus ſubciliatis, digitis filiformibus.

Tab. XXX. f. 7. Habitat in America.

Cancroides. FABR. S. Ent. n. 7.

Abdomine ecaudato.

Tab. XXIX. f. 9. Habitat in umbroſis ſuffocatis.

GLOSSATA.

Tab. XXXVII. Lin. F.

Os lingua ſpirali, palpisque absque maxillis, mandibulis et labio (inferiori.)

Clypeus (labium ſuperius) breviſſimus, corneus, rugoſus, integer, vix baſin linguæ ſpiralis tegens.

Palpi 2 (interdum 4, E. g. in tineis) compreſſi, ovati, piloſi, reflexi, os obtegentes, ſub ore inſerti.

Lingua ſpiralis porrecta, involuta, ſetacea, mox cornea, mox membranacea, bifida, laciniis æqualibus, acutis, intus canaliculatis, inter palpos inferta, latens.

Antennæ elongatæ.

Fig. 1. Lingua ſpiralis revoluta.
- 2. Palpus.
- 3. Clypeus (labium ſuperius)
- 4. Caput cum lingua involuta.

147. PAPILIO. *Palpi* duo reflexi. *Lingua* ſpiralis, exſerta. *Antennæ* extrorſum craſſiores.

* *Equites Troes.*

Polytes. FABR. S. Ent. n. 2.

Alis caudatis, nigris, concoloribus, poſticis macula quintuplici alba lunulisque rubris, corpore nigro.

Tab. XII. f. 3. Habitat in Aſiæ Chalcas.

Hector. FABR. S. Ent. n. 4.

Alis caudatis, nigris, concoloribus: anticis faſcia alba; poſticis maculis rubris.

Tab. XII. f. 1. Habitat in Indiis.

Achates. FABR. Sp. Inf. I. p. 5. n. 19.

Alis caudatis fubconcoloribus nigris, baſi rufis, poſticis macula octuplici alba.

Tab. XII. f. 2. Habitat in China.

Memnon. FABR. S. Ent. n. 17.

Alis dentatis, nigris: poſticis ſubtus macula difformi rubra anguli ani.

Tab. XII. f. 5. Habitat in China.

Anchiſes. FABR. S. Ent. n. 19.

Alis dentatis, nigris, concoloribus: poſticis maculis ſeptem coccineo-ovatis.

Tab. XII. f. 4. Habitat in Citro Americes.

** *Equites Achivi.*

Proteſilaus. FABR. S. Ent. n. 36.

Alis caudatis ſubconcoloribus, albis, faſciis fuſcis; unica ſubtus ſanguinea, angulo ani rubro.

Tab. XIV. f. 5. Habitat in America ſeptentrionali.

Agamemnon. FABR. S. Ent. n. 51.

Alis caudatis, nigris, viridi maculatis: poſticis ſubtus lunulis tribus rufis.

Tab. XIII. f. 3. Habitat in Aſia.

Philoctetes. FABR. S. Ent n 56.

Alis dentatis, fuſcis: poſticis ocellis duobus, pupilla nigra, punctisque tribus albis

Tab. XIII. f. 5 Habitat in Indiis.

Amphimachus. FABR. S. Ent. n. 59.

Alis dentatis, atris, faſcia cœrulea, nitida: ſubtus antice albis, poſtice cinereis.

Tab. XIV. f. 2. 3. Habitat in Indiis.

Odius. FABR. S. Ent. n. 60.

Alis falcatis, ſubdentatis, fuſcis: anticis diſco flavo.

Tab. XIII. f. 2. Habitat in Indiis.

Rhetenor. CRAM. Inf 2. tab. 15. fig. A. B.

An *Menelai* varietas? FABR. S. Ent. n. 65. Vid. Spec. Inf. II. p. 25. n. 101.

Tab. XIII. f. 1. Habitat in China.

Teucer. FABR. S. Ent. n. 66.

Alis ſubrepandis, lividiuſculis, ſubtus nebuloſis; poſticis ocellis tribus: poſtremo maximo

Tab XIV. f. 1. Habitat in Muſa Americes.

*** *Heliconii.*

Mneme. FABR. Sp. Inf. I. p. 27. n. 110.

